Ergo ne diuine. Inuehit in eos qui bonitate dei abutunt et ſic in ſpm ſanctũ peccãt ꝑ cõfidẽtiã: negãtes infernũ ⁊ iuſtitiã dei: aut cõfidẽtes i venia dãda i nouiſſima hora. Cõtra quos dicit xciij. diſt. dia. et de. pe. diſt. vij. Nullus: ſic. de⁹ multo ꝓnior eſt ad miſericordiã ꝙ ad penã vel vindictã: nõ tñ miſeret eor ꝗ aſſidue peccãt vñ nullus expectet donec peccare nõ poſſit. Penitẽtia eñi ſerotina multos ſolet decipere. Uis ergo euadere qꝺ incertũ eſt: age penitẽtiã dũ ſanus es. Principiũ noſtrũ ſumit ab indignatione ad quã apta eſt ꝑticula ergo. Ordo eſt. Ergone o ſtulte abutere. i. abuteris donis diuine bonitatis. i. qb⁹ nobis veniã dat de⁹: nec credis aſtreã. i. iuſtitiã quã poete aſtreã vocãt: hitare ſedes ſupnas. i. ſũmas. hoc eſt celeſtes. qꝛ ſm fabulas aſtrea cũ ceteris dijs et deab⁹ ob peccata hoĩm tras fugiẽs celũ petiuit. Vñ Ouidi⁹. Ultima celeſtũ tras aſtrea reliqt. et nõ credis eã nõ deſerere. i. ſuare: ora. i. ꝯſpectũ: iudicis horrẽdi. i. timẽdi malis ⁊ venerãdi bonis (vtrũqꝫ eñ ſignificat horrẽdũ) videlicet xpi cui pater dedit oẽe iudiciũ. Eſto. i. ꝯcedat ſup. ꝙ miſeratio tẽperet oẽs act⁹ dei: qꝛ hic ꝑcipue eminet mĩa dei. Sitqꝫ. i. ⁊ cõcedatur qꝺ eccłia canit: ꝓpriũ eẽ dei miſereri ⁊ ꝑcere ſemp: riſeris ne. i. ꝑmitte ne ergo vt riſeris ſine vĩdice. i. vindicãte: auſus. ſ. tuos: ſacrilegos. i. deo honorẽ derogãtes ꝑ blaſphemiã. An qꝛ iudex. ſ. etern⁹ nõdũ ꝓſtrauit te fulmine. (Alludo ad illud ꝑſianũ. An qꝛ non fibris ouiũ: ergennaqꝫ iubente. Triſte iaces lucis euitãdũ qꝫ bidẽtal) Idcirco. i. ideo ꝓbet ipſe tibi vellere. i. extrahere ⁊ durit decerpe: barbã ſtolidã. i. quã ſtolid⁹ hẽret ſi id ꝑferret. Ut ſit. i. vt ꝯcedam⁹ ꝙ ira deorũ ſit lẽta. i. tarda. tñ certe ẽ magna. vñ Uale. maxim⁹ i ꝓmo lib. Lente ad vindictã ſui diuina ꝓcedit ira: tarditatẽqꝫ ſupplicij grauitate cõpenſat. Vñ addo. ⁊ rũ cõpenſãt morã tardã. i. tarditatẽ vindicte põdere. i. grauitate ſupplicij. Nec ꝓmiſeris tibi veniã ſupme. i. vltime hore in hac vita: que: ſ. venia: ſi. i. tametſi datur cõtritis. at. i. attñ: paucis datur cõtritio ſcilicet in vltima hora.



Qui cœpit ędes maximas: habens caſam
In loculis minimā: mouet viatori
Fabriſq; riſum: diſtrahens comā ſuam:
Conſulat ergo humeros onus parans ferre.

¶ Carmē eſt quale xv. genus apd̄ horatiū dicolon diſtrophon. Nā pmus verſus eſt iābicus hipponacti⁹ trimeter acatalectic⁹ recipiens oīb⁹ locis iambū: ſed imparib⁹ etiā ſpōdeū. Scd̄s ē ſaphicus conſtans pētimemeri heroica. i. duobus pedibus hexametri heroici cū ſyllaba: et dimetro iambico. ſed eſt catalecticus: q: tres tm̄ iambi ſequunt. aut duo cū ſpōdeo eo q vltima ſyllaba cōis eſt. Ordo patet nec verba explanationē deſiderāt. hūc caſam mīmā. i. tuguriū humillimū: hoc eſt pciū ſeu valorē minime domus: in loculis. i. in ſacculis: galli a byrſa. i. corio burſam vocant. Sic Juuenalis ſaty. xi. Nec mullū cupias cū ſit tibi gobio tm̄ in loculis. Conſulat. i. cōſilium petat: quid ferre recuſent quid valeant humeri.

SI q̄ turpe foret cepto deſiſtere victum.
Moꝛtales iuſta pendere lance velint:
Non tot in excelſis opa interrupta videres
Urbibus: et meſtos aufugere artifices.
Sed non parua mali nec cauſa eſt vnica tanti.
Cuiqꝫ ſuus furoꝛ eſt et ſua cuiqꝫ lues.
Hunc ſpes ꝙ poſita eſt alieno fallit in ere.
Hunc ꝙ in illo ipſo: cū neget eſſe deum.
Sic babilonis opes: ſic menia laomedontis:
Sic regna aſſyꝛie ſic periere Nume.
Pꝛudens ere ſuo pꝛepēſo: et pꝛeſide chꝛiſto:
Se dignas edes edificare poteſt.

SI q̄ turpe foret ꝛc. Hec ſatyra ſcribit in eos q̄ icōſulte edificāt
et opa iterrupta reliquūt: et ſic a viatoribꝰ ꝛ oparijs irrident
Cuiꝰ mali multiplex ſꝫ p̄cipue duplex eſt cauſa. Altera ꝙ ſpē
collocāt in ere alieno: aut mutuo accipiēdo: aut qđ deterius eſt
ſurripiēdo: ſed vt dr̄ Eccli. xxi. Qui edificat domū ſuā i ı̄pēdijs alienis q̄ſi q̄
colligit lapides ſuos i hyeme: Et hier. xxij. Ue q̄ edificat domū ſuā i iniuſti
tia et cenaculū ſuū in iudicio. Altera ꝙ ſpē i ſe collocāt nec deū agnoſcunt.
vñ pierūt q̄ a nemroth et nabuchodonoſoꝛ icepta ſūt vt ſuo loco dicā Pōt
et addi tertia cauſa ꝙ multi tā ſtulti ꝛ iprouidi ſūt vt nō ꝯſiderēt q̄tū pecu
nie habeāt ꝛ q̄tū expēdere poſſit: qꝛ ita expēdēdū eſt vt ānuatim aliq̄d ſup
ſit: ꝓpter neceſſitates ſupuenıētes. Ordo eſt: ſi moꝛtales. i. hoıes. velint pē
dere iuſta lance. i. recte eſtimare: q̄. i. q̄tū turpe foret. victū. i. voti ı̄potē. de
ſiſtere. cepto. Vñ iuno enei. i. Mene icepto deſiſtere victā. vbi Seruiꝰ Tur
pius eſt inq̄t et triſtiꝰ deſiſtere icepto q̄ nō icepiſſe. Tu nō videres. i. nemo
videret: tot opa iterrupta i vrbibꝰ excelſis. et tot artifices. i. oparios. aufu
gere meſtos. eo ꝙ mercede fraudati ſe ere alieno deuinxerūt. Sꝫ nō pua im
mo maxima: et nō vnica. imo multiplex ē cauſa tāti mali. Cuiqꝫ. i. vnicuiqꝫ
eſt ſuus furoꝛ. i. erroꝛ ꝛ ſtultitia et lues. i. pnicies eſt cuiqꝫ ſua. Spes fallit
i. decipit hūc. ꝙ. i. qꝛ ip̄a ſpes eſt poſita. i. locata in ere alieno. i. aliena pecu
nia. et ſpes fallit hūc. i. aliū ꝙ poſita eſt in illo ipſo cū neget deū eſſe. Sic o-
pes babilonis pierūt: tā ille quas habuit nemroth volēs edificare turrim
vſqꝫ i nubes: q̄ q̄s ſemiramis: q̄ q̄s nabuchodonoſoꝛ: piere. i. perierūt: ꝛ ſic
pierūt opes laomedōtis regis troie et p̄ris p̄ami q̄ apollinē ꝛ neptunum
mercede fraudaſſe dr̄ vñ pierūt piure menia troie. et regna aſſyꝛie q̄ ſub ſar
danapalo. vt Juſtinus i p̄mo dicit extīcta ſūt. et regna nume. i. romana ſal
tem quo ad religionē falſam quam numa inſtituit. Cetera patent.



Quid melius turdo? vulua quid ſuauius ampla?
Apro quid implet integro gratius ingluuiē?
Quid ve abigit triſtes ſine bacchi munere curas?
Siccemus ergo ſinguli pocula terna meri.

¶ Carmē eſt quale decimūſextū genꝰ horatiū dicolō diſtrophon ꝑmꝰ enim verſus eſt hexameter heroicꝰ. Scōus archilochius ꝯſtans dimetro iābico acatalectico ⁊ pētimemeri heroica: hoc eſt quattuor iābis: ſeq̄ntibꝰ duobꝰ pedibus heroici carminis cū ſyllaba Poſſūt autē ꝓ iambo i ꝑmo et tertio locis poni ſpōdei. Uerba ſunt eorū quos comeſſātes videmꝰ i ſupta ex poetis: primū carmē ex martiale. Turdus autē auis eſt delicatiſſima: de qua idem Inter aues turdus ſiquis me iudice certet: Inter quadrupedes gloria prima lepus. Uulua. i. ſumen factū ex vulua porcina. Apro integro vñ Iuuenalis. Quanta eſt gula que ſibi totos Ponit apros: animal propter conuiuia natum. Cetera manifeſtaria ſunt.

Ecce gule proceres epicuri de grege porci
Qui numerꝰ tm̄: ⁊ fruges cōſumere nati
Sponſi penelopes: nebulones: alcinoiq̄ʒ
In cute curanda plus equo operata iuuentus.
Equales calices hauſtu ſiccare parati:
Potores bibuli media de nocte phalerni:
Et quis ſumma boni eſt vncta vixiſſe patella
Urgerent ſatyram deſcribere vel cluuienum.
Nam plures catij faciunt q̄ dogmata pauli.
Fecūdi leporis ſapiens ſectabitur armos:
Gens pecunia necas diuine particulam aure.

Ecce gule ꝓceres. Hec ꝑs īuehiť ī guloſos: bibones ⁊ comedones ſeu epulones quoꝝ deus eſt venter eoꝝ̄: et qui pecuniam potiꝰ q̄ hūanā degūt vitā. Nā hoīs ē more ſocratico manducare vt viuat: nō viuere vt manducet. Uerba ſunt fere ex horatio ſūpta. Ordo eſt. Ecce. q. d. ꝓter opinionē: ꝓceres. i. ꝑncipes ⁊ ꝑcipui fautores gule. i. ingluuiei appoſitorie porci de grege epicuri. i. eoꝝ q̄ ſūmū bonū in voluptate cōſtituentes in hoc licet nō in ſobrietate vite epicurū ſequūtur vñ horatiꝰ de ſe ī epłis. Me pinguē ⁊ nitidū bene curata cute viſes cū ridē voles epicuri de grege porcū. q̄ ſup. ſunt. tm̄ numerus. ſ. ſine noīe aut q̄ hominū nūerū maiorē: ſʒ nō meliorē faciūt: ⁊ ē horatianū in epłis. Nos nūerꝰ ſumꝰ ⁊ fruges ⁊c. ⁊ nati cōſumere. i. vt ꝯſumāt nō vt ferāt fruges. ſ. terre exiſtētes ſpōſi penelopes. i. q̄les erāt proci penelopes: culinā ⁊ penū eius potiꝰ q̄ eā ꝓcātes nebulones. i. inanes ⁊ fetidi vt nebula iuuentꝰ alcinoi regis pheacū opata. i. exercita: vt homerꝰ ſcribit: plus equo. i. q̄ ꝑ aut equū eſſet in curanda. i. poliēda ⁊ fouēda cute. ſ. ſua parati ſiccare hauſtu. ſ. vno calices eq̄les: q̄ꝝ meminit ca. a crapula de vita et ho. cle. Cū ad eq̄les bibiť potus ille plus laudať q̄ plures inebriat ⁊ calices fecūdiores exhaurit: Potores bibuli. i. bibaces phalerni. i. optimi vini quale eſt phalernū in phalerno mōte cāpanie italice naſcens: ⁊ ſup. illi. q̄s. i. q̄bꝰ vt ait ꝑſius. ſat. iiij. ſūma boni eſt: vncta vixiſſe patella. i. pīgui obſonio vt ſūt manducones epulones comedones vētres paraſiti ⁊c. Urgerent. i. cogerēt vel. i. etiā cluuienū. i. īpitiſſimū artis verificatorie: qualē īnuit iuuenalis cluuienū fuiſſe. i. ſat. i. Si natura negat facit indignatio verſū. Qualēcūq̄ pōt: quales ego vł cluuienꝰ: deſcribere ſatyrā. Nā ſup. tales faciūt pluris dogmata catij que apō horatiū ſcđo ſer. ſat. iiij. de obſonijs cōdiendis ſūpta tradit. q̄ dogmata pauli. ſ. ſcī q̄ ī epłis comeſſationes ⁊ ebrietates vetat. inter dogmata catiana eſt fecūdi leporis ⁊c. Ordo ē. Sapiēs. i. hñs bonū ſaporē: ſectabitur armos. i. humeros leporis fecūdi. i. ſupfetātis. O gens pecuina. i. in moreʒ pecoris viuens: q̄ ſummū bonum in voluptate corporis ponit: tu necas. i. opprimis ꝑticulā diuine aure. i. aīam. vt flaccus ſcripſit.

## De diutiarum ſollicitudine vitanda.



Tu tibi diuitias ſtolidiſſime congeris amplas:
Negaſq; micam pauperi:
Aduenit ecce dies qua ſęuis ignibus ardens
Rogabis aquę guttulam.

Carmen ē quale decimūſeptimū horatij dicolon diſtrophon. Prior enī verſus eſt hexameter heroicus. Poſterior iābicus archilochius dimetē acatalectic⁹: cōſtans q̄ttuor iambis: ſed locis imparib⁹ .i. primo ⁊ tertio recipit ſpondeū. Titulus eſt de diuitiaꝝ ſollicitudine vitāda: ſumpto argumēto ex euangelio luce .xvi. de diuite epulone. Vn̄ qd̄ hic dr̄ paupi: dici poteſt lazaro ſtante etiā metro. Ad cōtēnēdā etiā ſollicitudinē reꝝ inuitat nos alibi ſaluator noſter dicēs Matthei .vi. Ne ſolliciti ſitis aīe veſtre qd̄ manducetis, neq; corpori veſtro qd̄ induamini. Nolite ſolliciti eē in craſtinum ⁊c.

Iure iterū nimie taxantur opes: etiā ſi
Non ſint iniuſta conditione ſate.
Dūmō ſollicito nimiū cumulantur amoꝛe:
Aut inſpectantur letius axe poli.
Diues: in inferno quē nouimus eſſe ſepultum:
Non cumulaſſe gemit ſed renuiſſe dare.
Si tamē a noſtris quem penitet hec didiciſſe
Audiat altiſono que canit oꝛe maro.
Aude hoſpes cōtemnere opes: et te quoqꝫ dignum
Finge deo: quo non dignus amatoꝛ opū.
Nam qui diuitijs ſoli incubuere reptis
Eternū expectant ſub ſtyge ſupplicium.

Iure iterū. qꝛ ī auaros dictū eſt pꝛiꝰ. videret ſupflua hec repetitio niſi multa doceant auarorū genera: pꝛius ergo ſtulti accumulatores vt iudices iniq̄ taxati ſūt: deinde ſoꝛdidi ꝛ īmūdi: nūc autē pꝛecipue tenaces ī paupes q̄uis in ſeipōs ſint īdulgentiſſimi: vt diues ille euāgelicꝰ q̄ epulabat q̄tidie ſplēdide: et veſtiebat purpura ꝛ biſſo qui tñ in inferno ſepultꝰ ē: nō q̄ iniq̄ acq̄ſiuerit/ qḋ de eo nō legit. ſꝫ qꝛ lazaro hulceroſo et ceteris paupibꝰ ꝑtē nō poſuit. Oꝛdo eſt Opes nimie. i. ſupflue. taxant: i. dānant iure. i. merito iterū. etiā ſi. i. q̄uis nō ſint ſate. i. acq̄ſite: iniuſta cōditione. i. pacto aut foꝛma. dūmō opes cumulantur amoꝛe ſollicito nimiū: aut īſpectant ab auaris letiꝰ axe poli. i. celi. vñ ſicut ſcriptū eſt Mēs auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta: ſemꝑ aurū: ſemꝑ argētū videt: et gratius intuetur aurū q̄ ſolē: ſed nec ſatietas vnq̄ neqꝫ finis aderit cupiditati ꝛc. Diues ſup. ille epulo: quē nouimꝰ. i. certe credimꝰ ꝑpt euangelicā fidē ſepultū eſſe in īferno. nō gemit cumulaſſe nimis: ſed renuiſſe dare qꝛ lazaro nihil impꝛtitꝰ eſt. Si tñ penitet. i. parū videt. quē. i. aliquē. didiciſſe hec. ſ. monita a noſtris. i. ſacre ſcripture authoꝛibꝰ: audiat ea q̄ maro canit oꝛe altiſono. qꝛ heroico ſtilo q̄ꝑ ī elegiacū mutauimꝰ: dicit aūt eneiviij. vbi euāder ad eneā loq̄tur. Aude hoſpes contēnere opes et te quoqꝫ dignū. Finge deo: qḋ ſequit addidi. q̄ verba multū cōmēdat ſeneca: ſꝫ magis cōpꝛobat ſaluatoꝛ noſter īcōparabilis paupꝑtatis amatoꝛ. Oꝛdo eſt. o hoſpes. ſ. enea: et oīs hō ī hac ꝑegrinationis terra. aude quaſi rē terribilē ꝛ preter opinionē vulgi: cōtemnere opes. i. diuitias ꝛ potētias tꝑales: et finge. i. effice. quoqꝫ. i. etiā te: dignū deo. ſ. hercule q̄ ſe in hos hūiles lares recepit. vñ addo. quo. ſ. deo: nō ſup. ē dignꝰ: amatoꝛ. opū. nō dico poſſeſſoꝛ: vt abraham aut iob. ſed amatoꝛ. qꝛ diuitie ſi affuerint nolite coꝛ apponere. Traho ex eiuſdē vi. Nam qui incubuere ſoli. i. ſine ꝑticipe: diuitijs reptis. expectāt ſub ſtyge. i. in infernali lacu eternū ſupplicium.



Qui cupit aduerſis dominis ſeruire duobus:
Bonaq; vtriſq; ſperat his fide obſequi:
Inſanit ſeu qui lepores diuerſa petentes
Simul ſub arcta vult fugare vincula.

¶ Carmē eſt quale duodeuigeſimū ſeu decimūoctauū genꝰ apđ horatiū dicolō diſtrophon. Primus autē verſꝰ eſt heroicꝰ hoc ē hexameter dactylicꝰ. Scđus iābicꝰ hipponactius trimeter acatalecticus: cōſtans ſex iābis vt hic: ꝗ̄ ꝗ̄ locis īparibꝰ ſpōdeū admittit Argumentū eſt ex illo euāgelico Mathei. vi. et luce. xvi. Nemo pōt duobꝰ dn̄is ſeruire. Aut enim vnū odiet et alterū diliget. aut vni adherebit ⁊ alterū ꝯtēnet. Nō poteſtis deo ſeruire et mām one. Ordo eſt is ꝗ cupit ſeruire duobus dn̄is aduerſis. i. īter ſe cōtrariꝫs: et ſperat obſequi. i. inſeruire his vtriſq; bona fide inſanit ceu ſup. inſanit is: ꝗ vult fugare. i. fugādo cōpellere ſimul. i. vno tp̄e et vno cane lepores. ſ. plures ſaltē duos petentes diuerſa. ſ. loca: ſub vincula arcta. i. retia.

QUandoquidē ſeruire deo mortalibꝰ egris
Expedit: ⁊ nulli dn̄is ſeruire duobus
Aduerſis datur (vt deus eſt ⁊ mām̄on auarus)
Cur ſtolidi fluxis inhiatis rebus iniqui
Principis: ⁊ dominū celeſtis linquitis aule?
O felix, mortale genus ſi ſemper haberet
Eternum pre mente bonum finemqꝫ timeret.
Nunc dominantur opes: ⁊ opū furioſa libido
Cuncta audet: quid nō mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames? hic ꝑdidit ere magiſtrum.
Uendidit hic auro patriam: dominumqꝫ potentem
Impoſuit: fixit leges precio atqꝫ refixit.

QUandoquidē. Argumentū vt dixi ex euangelio ſūptū ē: iuxta qḋ etiā dr̄. Eccle. iij. Cor ingrediens duas vias nō habebit ſucceſſus: qr q̄ ad vtrūqꝫ feſtinat neutrū bene ꝑagit: vt dicit glo. in l. fi. C. de aſſeſ. Pluribꝰ itentꝰ minor eſt ad ſingula ſenſus. Uerba aūt plurima ſumpta ſunt ex poetis: vt ſub ordine dicā qui talis eſt. Quādoquidē expedit. i. vtile eſt mortalibꝰ egris. i. hoībꝰ: ſeruire deo: qr eius agi frenis ⁊ obtemperare preceptis ſūma libertas eſt: ⁊ nulli datur. i. non permittit alicui ſeruire duobꝰ dn̄is aduerſis. i. cōtrarijs vt eſt deus ⁊ mām̄on. i. diuitiaꝝ deus hītus: auarus. qr inſaturabilis. Uñ Iuue. Creſcit amor nūmi quātū ipa pecunia creſcit. Et ideo ait Eccl̄s. v. Auarus non implebit pecunia. Qr inquā id nulli dat: o ſtolidi cur inhiatis. i. aui de intenditis rebꝰ fluxis. i. tranſitorijs: ꝑncipis iniq̄. ſ. huiꝰ mundi. ⁊ linquitis dn̄m aule. i. regie celeſtis: que eternū durabit. O felix (inq̄t galterꝰ) genꝰ mortale. i. humanū: ſi haberet ſemper ꝑ mēte bonū eternū ⁊ timeret finem. ſ. trāſitorij boni: nunc. i. ecōtrario nō ſummū bonū habet pre mēte: ſed opes. i. diuitie ⁊ potētie dn̄ant: ⁊ furioſa libido opū audet. ſ. attentare cuncta: imitatio eſt Ouidij Creuerunt ⁊ opes ⁊c. O ſacra. i. execrabilis fames. i. appetitio aut auiditas auri: quid. i. ad qḋ ſeu ad qḋ facinus nō cogis mortalia pectora? q. d. ad nihil nō cogis ⁊ ita ad oīa nephanda cogis. ſūt autē v̓ba vergilij enei. iij. Probo aūt ꝙ ad oīa coegerit: qr hic vt iudas ſcariothes ꝑdidit ere. i. trigīta argēteis magiſtrū. ſ. xp̄m dn̄m. Hic. i. aliꝰ vēdidit auro patriā vt laſthenes qui olinthū philippo regi macedonū vēdidit: ⁊ curio ceſari vigintiſeptem milibꝰ aureū romā. de q̄ Lucanꝰ. Galloꝝ captus ſpolijs ⁊ ceſaris auro. ⁊ impoſuit dn̄m potentē: vt ceſarē. Et ſup. alius: vt marcꝰ antoniꝰ ſcḋꝫ ciceronē in philippicis fixit. i. affixit parieti aut albo ꝑtoris leges. ſ. inciſas in es: precio. i. inductus precio: ⁊ refixit. i. iterum depoſuit precio. ſ. ab alio cui oberant accepto.

# De garrulitate linguarum.



Linguam dicacem qui poteſt ſuis labris
Vinctam tenere vt nemini malum afferat
Vicit labores herculis: ſed obſtrepens
Vt pica nidum ſe loquax vir indicat.

Carmē eſt q̄le vndeuigeſimū ſeu decimūnonū ac vltimū gen⁹ ap̄ ꝺ horatiū vtpote monocolon hn̄s verſum iābicū hipponactiū trimetrū acatalecticū: qui ꝯſtat ex iābis ſed locis imparib⁹. i. primo tertio ⁊ quinto etiā ſpōdeū recipit. Scribit in garrulos ⁊ dicaces / qđ ꝓpriū ē fatuoꝝ q̄s a fando dictos volunt. Quātū autē ꝑiculoſū ſit vitiū loquacitatis docet ſapiens ꝓuer. xiij. dicens. Qui cuſtodit os ſuū cuſtodit aīam ſuā: q̄ aūt incōſideratꝰ ē ad loquēdum ſentiet mala. vn̄ ⁊ ille. Virtutē ꝑmā eē puta ꝯpeſcere linguā Nā nulli tacuiſſe nocet: nocet eſſe locutū. vn̄ et naſo. Et q̄n̄q꜄ nocet oīa ꝟba loqui. Ordo pȝ. de laborib⁹ herculis alibi dicem⁹. Pica ⁊ ſorex obſtrepēs ꝑdit nidū ſuum ⁊ vir loquax indicat ſe. i. ſtultitiam ſuam.

Qui gemīs linguā clauſtris vicire loquacē
Nouerit: is vires vicerit herculeas.
Nam quecunqꝫ fere libye deſerta pererrāt
Subiectas noſtro nouimus imperio.
Sed fera lingua velut capꝛificus clauſa teneri
Oꝛe nequit fatui dentibus atqꝫ labꝛis.
Uirtutē pꝛimā eſſe puta compeſcere linguam
(Magnus in exiguo codice doctoꝛ ait)
Nā nulli tacuiſſe nocet: nocet eſſe locutum.
Et quandoqꝫ nocet oīa vera loqui
Uis ſapiens dici: digito cōpeſce labellum.
Uiuere vis inſons: os bene claude tuum.

Qui geminis ꝛc. Taxant fatui qui linguā ſuā frenare nequeūt
q̄ plurima turba. Oīs ci (inq̄t iacobꝯ) natura beſtiaꝝ ꝛ volucrū
ꝛ ſerpētū ꝛ ceteroꝝ domant ꝛ domita ſunt a natura humana
Labores her culis
linguā aūt nullus hoīm domare pōt. vñ qui eā domuerit her-
culeos vicerit labores: q̄ oīa mōſtra domuiſſe dr̄: vt hydrā ſpētē aquatilē
cui āputato vno capite gemīa obnaſcebāt: ſed tandē cūcta exuſſit: tauꝝ fero
ciētē: apꝛū indomitū: leonē rabidū: equos carne humana veſcētes: draconē
pugilē cacū ꝛ reliq̄s īmaniſſimos tyrānos: ꝛ ſexcenta alia mōſtra. Cetera
ſub oꝛdine dicā q̄ talis eſt. Qui nouerit vincire linguā loquacem geminis
clauſtris. i. clauſuris dentiū ꝛ labioꝝ (et ita ſit oīs hō velox ad audiendū ꝛ
tardꝯ ad loquēdū: cū binas aures ꝛ eas patulas hēamus ꝛ vnicā linguam
et eā geminis ſeris arctā) Js vicerit vires herculeas. Nā quecūqꝫ fere per
errāt deſerta libye vbi plurime ſūt: nouimꝯ ſup. eas eē ſubiectas nr̄o. i. hu-
mano īpio vt dr̄ iaco. iij. ſꝫ ligua fera. i. indomita neq̄t teneri oꝛe fatui clauſa
Capꝛificus
dētibꝯ atqꝫ labꝛis. velut ſup. neq̄t clauſa teneri capꝛificus. i. ficus ſilueſtris
cuiꝯ radix etiāſi ī muro clauſa fuerit exiet: vñ pſiꝯ. Rupto iecoꝛe exierit cap
ficus. Magnꝯ doctoꝛ: qꝛ multa bona docet quiſquis eſt: q̄ a mācinello cato
pdicat licet q̄dā appoſita ſunt ab alijs: ait ī exiguo codice: puta. i. exiſtima
o fili: cōpeſcere linguā: eē pmā virtutē. Nā nulli nocet tacuiſſe: qđ ītelligit
de ijs q̄ tacere pñt: qꝛ canes illi muti q̄ vidētes lupū nō latrāt. i. curā aīaꝝ
hñtes ꝛ eas nō docentes nec curātes: ſꝫ ſe nō impune ferent tacuiſſe: nocet
aūt mltis eē locutū: ꝛ vt ouidiꝯ dicit: nocet q̄nqꝫ loq̄. i. dicere oīa vera. vt oc-
cultoꝝ criminū reuelatoꝛibꝯ. ſuoꝝ facinoꝝ iactatoꝛibꝯ ꝛc. Uis igit dici ſapi
ens. cōpeſce labellū. i. claude os digito. i. tace. qꝛ vt dr̄ pūer. xvij. Stultus
ſi tacuerit ſapiens reputabit: ꝛ ſi tu vis viuere innocens: claude bene. i. de
center vbi ꝛ qñ ꝛ de q̄bus oportet os tuū: qꝛ vt dr̄ iacobi ſcđo. Si quis in
verbo non offenderit hic pfectus eſt vir. Et pūer. xxi. Qui cuſtodit os ſuū
et linguam ſuam: cuſtodit ab anguſtia animam ſuam.



Qui proprium: inuenti dominum ſe iudicat auri:
Celans ne proprio reſtituatur hero
Iure poteſt dici tentor ſeu fur alieni.
Et laqueis genii ſtringitur vſqꝫ mali.

Carmē ē quale primū apud boetiū de cōſolatiōe philoſophie: dicolon diſtrophō. ṗor enī verſus eſt hexameter heroicus poſterior pētamēter elegiacus: q̄bus alternis fere vtimur. Cōſtitui aūt poſt horatiana carminum gn̄a boetiana ꝓſeq̄ vt ſiqui hec legāt iuuenes et iā carminū varietates vt a perotto deſcribunt hic diſcē poſſint. Celās ne reſtituat ꝓpo hero. i. dn̄o ſeu poſſeſſori: imo aut fundūt aut reformāt ne agnoſcāt. tētor ſeu fur alieni. qr vt dr. xiiij. q. v. Si quid inueniſti ⁊ nō reddidiſti rapuiſti. Unuſq̄ſqꝫ enim ſcire debet q̄d ſuū nō eſt ad aliū pertinere. i. cū q̄rebat. C. vn̄. vi. Genij. id ē ſp̄us mali ad exercitationē dū naſcerēt dati: qr ſicut diu[9] hieronym[9] dicit naſcētib[9] binos dari ſpiritus. alterū ad bonū cohortatur et a malo dehortaturū: alterū ecōtrario a bono ad malū inſtigaturum: ita Seruius dicit ī quintum enei. cuilibet duos genios dari.

Aſtreā rediiſſe putes ⁊ regna bifrontis
Falciferiqꝫ ſenis: propria ſi forte videres
Contentos hoīes: videas in aratra ſecures:
In falcem gladios fabrili vertier arte.
Nunc male ſuada fames et dira ſitis potiūdi
Omnia ſubuertit diuina humanaqꝫ iura
Iam nulla iniuſta eſt poſſeſſio: ſi modo verus
Non occlamat herus. ſiquos offenderis vſqꝫ
Theſauros: trepidas furtiqꝫ ſub horrea portas
Riſurus modico: fleturus tempore magno.
Redde igitur dn̄o quod forte inueneris: hunc ſi
Neſcis: doctores cui tradas conſule iuſtos.

Aſtreā rediiſſe ⁊c. Sēſus eſt ſi tāta regnaret iter mortales iuſtitia: quāta certe deberet: vt etiā īuentis ⁊ reptꝭ abſtinerēt aut ad veros dn̄os referrēt putaremꝰ iuſtitiā rediiſſe ī mūdū: et aurea ſecl'a q̄ ſub ſaturno ⁊ iano fuiſſe dicūt. Vn̄ maro ī buco. Iā redit ⁊ virgo. ſ. aſtrea: redeunt ſaturnia regna. de qbꝰ enei. viii. Primꝰ ab ethereo venit saturnꝰ olympo Arma iouis fugiēs ⁊ regnis exul ademptis. Is genꝰ īdocile ac diſpſū mōtibꝰ altis. Cōpoſuit: legeſqꝫ dedit: latiūqꝫ vocari Maluit. his qm̄ latuiſſet tutꝰ ī oris. Aureaqꝫ vt ꝑhibent illo ſub rege fuere Secula: ſic placida ppl'os ī pace regebat Deterior donec paulatī ac decolor etas Et belli rabies: et amor ſucceſſit hn̄di. Ordo eſt. Tu putes. ſ. qlibet putare poſſit. Aſtreā. i. iuſtitiā rediiſſe. ſ. celo ī terras: et regna ſenis bifrōtis. i. Iani q̄ tūc regnabat ī italia cū ſaturnꝰ in eā ꝓfugeret. et regna ſenis falciferi. i. ſaturni: hoc eſt aurea: ſi videres hoīes cōtētos ꝓ ꝑa forte. i. poſſeſſione a deo ī ſortē data tu ſil' videres ſecures: qbꝰ colla furū nūc ſecant: vertier. i. verti ⁊ cōflari ī aratra. i. ferramēta aratrorū vt ī dētalia. ⁊ vomeres ⁊ gladios verti arte fabrili ī falcē. Nūc. i. ecōtrario hoc tp̄e fames male ſuada. i. malū ſuadēs. ⁊ ſitis dira. i. execrabilis ⁊ deorū ira nata: potiūdi ſ. rerū: ſubuertit oīa iura diuina et hūana. Nulla poſſeſſio ē iā iiuſta ſi mō verꝰ herꝰ nō occlamat. i. nō ꝯdicit: qꝛ neſcit qs habeat. ſi offenderis. i. caſu inueneris vſqꝫ. i. quouis loco etiā ſacro qs. i. aliqs theſauros: tu trepidas ꝑ auaricia: ⁊ portas eos furti. i. furtiue: ſub horrea. i. in theſauros tuos: portas dico: riſurꝰ modico tp̄e: qꝛ auarus aurū gratius intuet' q̄ celū. vn̄ prioſer. ait auarꝰ apd̄ horatiū: ppl's me ſibilat at mihi plaudo Ipſe domi ſil' ac nūmos ꝯtēplor ī arca: fleturus magno tp̄e qꝛ eterno. Igit' ne fleas. redde dn̄o id qd̄ īueneris forte. i. a caſu: qꝛ īueīre ē aliqn̄ parcere vn̄ flaccꝰ. Querit et īuētis miſer abſtinet. Et ſi neſcis hūc. ſ. dn̄m. cōſule doctores iuſtos. i. bone conſcientie vt ſcias cui tradas. Angelus ſup iſti. de. re. di. ī fine: vult pauperibus erogandum. ſed tutius eſt vti conſilio prudentium.

diii.

# De bene docentibus et male viuentibus.



Qui bona rite docet ſed male viuit:
Eſt ſtulti ſimilis: cui bona nota eſt
Semita quã monſtrat: ſed miſer hęret
Sordibus obſcœnis: inuia ſectans.

Carmē eſt monocolō quale ſm̄ genꝰ apō boetiū. Eſt ei verſus alemaniꝰ tetrameť hypcatalecticꝰ. Cōſtās p̄timemeri dactylica. i. duobꝰ pedibus hexametri heroici cū ſyllaba: ⁊ deīn̄ dactylo cū ſpōdeo ſeu trocheo. Scribiť in eos q̄ alios docēt ⁊ ipi male faciūt: q̄ aliorū vitia vidēt ⁊ ſua diſſimulāt: ī q̄s dici ſolet medice cura te ipm̄. vt ħo i decret; patrū habeť. ſi tu ita facis: bn̄ docēdo ⁊ male viuēdo deū īſtruis: quō te cōdēnare debeat. De his ē ēt illō euāgelicū. Eijce trabē de oclo tuo. puſq̄ feſtucā de oclo fratr; tui. vn̄ et flaccꝰ i. i. ſer. Cū tua nō videas oclis mala lippꝰ iunct; Cur ī amicorū vitijs tā cernis acutū q̄ aut aq̄le āt ſerpēs epidauriꝰ? Nihil ī carmīe obſcurū eſt.

Vltra ſauromatas fugere hic libꝫ ⁊ glacialē
Oceanū: quotiēs aliquid de moribꝰ audēt:
Qui curios ſimulant et bacchanalia viuunt.
Fronti nulla fides: quis enim non vicus abundat
Triſtibus obſcenis? caſtigas turpia cum ſis
Inter ſocraticoꝝ notiſſima foſſa cinedos.
Loripedē rectus derideat. ethiopē albus.
Turpe eſt doctori ſi culpa redarguit ipſum.
Accuſans alios vacuus culpa ſit eadem.
Et crebro inſpiciat que prodit mātica tergo.
Ut trabe de proprio ſubtracta lumine: vellat
Ex oculo fratris feſtucā: et ſe quoqꝫ curet.

Vltra ſauromatas verba ſeptē pmoꝝ carminū ſūt Juuenalis ſat. ij. in eos q̄ cū turpiꝫ viuāt alios acriꝫ īcrepāt: pncipiū aūt ī hypocritas ē: vt patet ſi ſic ordinē cōſtruis libet ſup. mihi īq̄t Juuenalis: fugere hinc. i. ab hoc loco vbi ſū (erat aūt rome) vltra ſauromatas. i. populos illos q̄ ſupiorē aſie ptē occupāt q̄ ad boreā ꝯſpicit iuxta meotidē paludē et vltra oceanū glacialē. i. vltra zonā frigidā ſub ſeptētriōe aut antarctico polo: q̄tiēs illi q̄ ſimulāt curios. i. ſe oſtēdāt caſtiſſimos ⁊ maxie ſobrios viros: q̄lis erat marcꝰ curiꝰ dētatꝰ (q̄ legatis ſamnitiū aurū ī zēa afferētibꝰ cū ipē ī foco rapas torreret: mirātibꝰ inq̄t: malo his veſci ⁊ aurū hñtibꝰ īperare: q̄ꝫ aurū poſſidere) ⁊ viuūt. i. viuēdo occulte imitanꝫ bacchanalia. i. vitia eorū q̄ dū bacchi orgia agerēt noctu pmiſcue maſculi cū mulieribꝰ cōuenietes: īnūera ſtupra pter crapulā ⁊ ebrietatē admittebāt. Audent ſup. dicere aliq̄d de moribꝰ. Sꝫ nūc multi ſūt hypocrite vñ addit. Nulla fides. i. fidelitas ē frōti. i. exteriori apparētie. q̄s eñi vicꝰ nō abūdat. q. d. nullꝰ nō. i. oīs vicꝰ abūdat: triſtibꝰ. i. ſeueris ī v̄bis. ⁊ obſcenis. i. turpibꝰ ī factis. tu caſtigas turpia. ſ. facta: cū ſis foſſa notiſſima. i. ſētina turpidinis: īter cinedos. i. pathicos viros: ſocraticos. i. q̄ ſe ſocratis q̄ caſtiſſime ⁊ ſctiſſime vixit ⁊ docuit imitatores mētiunꝫ. q̄d tñ nō decet. vñ ſicui alterū deridere liceret decētiꝰ ſit: vt rectus. i. recte īcedēs. i. bene operās (nā p pedes ſepe opa ſignanꝫ) derideat loripedē. i. ītorta crura hñtē et praue operātē. Et albꝰ. i. totꝰ mūdꝰ: ethiopē. i. manifeſte nigrū. i. vitioſum. Hactenꝰ Juuenalis. Turpe ē īq̄t Cato. ſi culpa redarguit. doctorē. i. ſi id manifeſte fecit q̄d aliīs vitio dat: q̄d ⁊ ambroſiꝰ ī officiīs. ⁊ fere oēs atteſtanꝫ tur vñ addo ex cicerone ī ſaluſtiū. Accuſās alios ſit vacuꝰ eadē culpa ſcꝫ cuiꝰ aliū arguit. Et īſpiciat crebro ea. i. ppa vitia q̄ mātica pdit. i. oſtēdit ī tergo. vñ ī apologis eſopi dr̄ q̄libet hr̄e māticā cuiꝰ duplex ē ſaccułꝰ: ⁊ ī anteriorē reponere vitia aliorū q̄ crebro videt ī poſteriorē ppria. Vñ Catullus. Sꝫ nō videmꝰ mātice q̄d ī tergo eſt. Et p̄io off. Cice. Neſcio quō ſit. vt magis in aliīs cernamꝰ q̄ꝫ in nobiſmetipſis ſi q̄d delinquiꝫ. Cetera patent.

Sauromate
Curius

## De ſapientie pręceptis audiendis.



Si quē diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ:
Luminibuſq; prior redijt vigor:
Audiat etherię ſapientia verba mineruę
Quę didicitq; capax: faciat bonus.

¶ Carmē eſt q̄le tertiū genꝰ apꝺ boetiū: vñ duo p̄ores verſꝰ ſūpti ſūt: dicolon diſtrophō: p̄or verſꝰ hexameṫ heroicꝰ. poſterior alcmaniꝰ dactylicus tetrameṫ acatalecticꝰ. q̄ttuor īteg͛ris dactylꝭ cōſtās. Admonitio fit ad philoſophiā cuiꝰ ſtulti ſūt cōtēptores. Vñ ſapia ꝑuer. i. Sapientiā atq; doctrinā ſtulti deſpiciūt. Et rurſꝰ. Vſqueq̊ ꝑuuli diligitiſ īfantiā: et ſtulti ea q̄ ſibi ſūt noxia cupiēt. ⁊ īprudētes odibūt ſapiētiā ⁊c. Ordo ē. Si tenebre. i. ignorantie: liq̄rūt quē. i. aliquē ⁊ hoc nocte. i. vehemēti caligine mētis diſcuſſa. i. pulſa ꝑ lucida īterualla: et p̄or. i. p̄ſtinꝰ vigor mētiſ: redijt luminibꝰ. i. oclis mentis aliter nō eſſet capax. Audiat verba ſapientia mineruę. i. ſapientie etherie. i. celeſtis. et q̄ ipe capax q: beniuolꝰ didicit: faciat bonus.

D Iſcite: ⁊ o miſeri cauſas cognoſcite rerum:
Quid ſumus: aut q̄dnā victuri gignimur: ordo
Quis datus aut m ete: q̄ mollis flexus: ⁊ vnde.
Quis modus argento: quid fas optare: q̄d aſper
Utile nummus habet: patrie chariſq; propinquis
Quantū elargiri deceat. quem te deus eſſe
Juſſit: ⁊ humana qua parte locutus es in re.
Diſce neq; inuideas q̄ multa fidelia putet
In locuplete penu. Sapientia vincit et aurum
Et gemmas: per quā reges regno potiuntur.
Nil deeſt optandum ſicui ſapientia preſto eſt
Nil habet optandum ſicui ſapientia deſit.

D Iſcite ⁊c. Uerba ſunt ꝑſiana quibus cohortat᷑ ad ſapientiam
et paucis cōplectit᷑ q̄ maxie ſcire expediat: vt ſub ordine tāgā
q̄ talis ē. O miſeri .i. miſerandi mortales diſcite ⁊ cognoſcite
cauſas rerū. ſine q̄bus nil ſcimus q: auctore ariſtotele ſcire ē
cauſas rei cognoſcere: ⁊ tunc arbitramur vnūq̄dq; cognoſcere qū cauſas
eiꝰ cognoſcimꝰ. diſcite q̄d ſumꝰ: q: ſ̄m horatiū in arte poetica: puluis ⁊ vm
bra ſumꝰ: ⁊ ſ̄m fidē cinis ſumus ⁊ in cinerē redibimꝰ: vnde nō eſt nobis oc
caſio ſupbiendi: aut q̄dnā .i. ad q̄d gignimur victuri .i. ad quē finē: q: vt ari
ſtoteles cēſet cuiuſq; rei finis ē optima eiꝰ opatio. Gignimur ḡ vt deū ob=
ſeruemus ſicut inferiora nobis vt nobis famulent᷑. Quis ordo datus ſcʒ
a natura (q: dari ad deū ⁊ naturā ptinet. vñ miles ille terentianus. Eſt mi
hi hoc datū vt grata ſint que facio oīa) naturaliſſimū aūt eſt authore phi=
loſopho: vt inferiora obediant ſupiorībꝰ. Maneat ergo quiſq; in vocatiōe
ſua: q: oīs poteſtas a deo eſt: aut diſcite q̄ .i. q̄tū mollis .i. facilis ſit flexus
.i. declinatio mete .i. a meta cōſtituta nobis .i. a vero bono ad quod omnes
currere debemꝰ: ⁊ vñ .i. a quo ſit flexus .i. declinatio q: ab incōmutabili bo
no ad cōmutabile. vñ q: nihil triſtius q̄ diſcedere a deo: in capite maledi=
ctionis eterne dicet deꝰ diſcedite a me. Quis modus .i. q̄ mēſura ſit argen
to: quid ſit fas optare de quo alibi dicemꝰ: quid nūmus aſper ī acq̄rendo
⁊ poſſidendo: habet vtile: q: poſſumus facere nobis in celo amicos de mā=
mona iniq̄tatis: ⁊ difficile eſt indigentē bene operari q̄tuʒ deceat elargiri .i.
impertiri patrie ⁊ amicis charis: quē .i. cuius ſtatus deus iuſſit te eſſe et in
qua parte .i. conditione locatus es: q: cōſtituendū eſt in primis qui ⁊ q̄les
eſſe velimus ⁊ in quo genere vite. in re. ſ. pñti diſcite in quā quiſq; es neq;
inuideas. ſ. p ſupbiā q̄ mater inuidie: q̄ multa fidelia .i. vas fictile fideliter cō
ſeruans in ea cōſeruādū putet .i. fetet tibi in penu .i. in penario. locuplete .i.
abundante. Cetera ſumpta ſunt ex verbis ſalomōis: per me reges regnāt
Et venerunt mihi pariter omnia bona cum illa.

# De fortunæ confidentibus.



Huc omnes pariter venite capti
Fortunę laqueis videre caſum
Confidentis heri domus ſuperbę
Qui ſperans requiem gemit ruinam.

Carmē eſt quale quartū genus apud boetiū monocolō. verſus eſt enim dactylicus phaleucius pētameter hendecaſyllab⁹: cōſtans ſpōdeo dacty- lo ⁊ tribus trocheis. Admonent hoc carmine nimiū fortune aſpiratiōib⁹ cōfidētes caſus alioꝝ videāt. Nā vt flaccus in epiſtolis ait. Tunc tua res agitur paries cū ꝓximus ardet. ⁊ vulgato dr̄ ꝟſiculo felix quē faciūt aliena ꝑicula cautū. Fere aūt vſu venit vt longa ꝓſperitate excecati tādē grauiſſimā faciāt iacturā. vñ recte dicit boeti⁹: nihil eē infelici⁹ ꝙ̄ ſemꝑ fuiſſe felicē. Prim⁹ ꝟſus hic eſt boetij. Ordo eſt. O vos oēs capti laqueis fortune venite huc: videte caſū: heri. i. domini: hoc eſt poſſeſſoris domus ſuꝑbe: cōfidentis. ſ. in ea: qui ſperans requiem gemit. i. plorat ruinam.

Heu foꝛtuna quis eſt de⁹ in nos ſeuioꝛ ac tu
Que regis iſtabili gaudia noſtra manu
Soſpes eram & felix: et ſcrinia diuitis auri
Plena reſeruabant tecta ſuperba mihi.
Nil vnq̄ aduerſi perpeſſus: regna tonantis
Uix mutauiſſem conditione mea.
Deniq; contempſi celeſtia numina pꝛe me:
Sic dicens anime: nunc epulare mee.
Eſt mihi marmoꝛeis fundata pecunia villis.
Hoꝛrea turgeſcunt: luxuriatq; pecus
Ecce manus dn̄i: nunc flammis diſcutit edes
Hoꝛreaq;: at dira meq; meoſq; lue.
Quocirca rebus dum foꝛs blanditur iniquis
Noueris interitus accelerare tuos.

Heu fortuna. Uerba ſunt eius q̄ prius ī diuitijs ſuis cōfiſ⁹ erat vt ille euāgelic⁹ luce. xij. q̄ dixit aīe ſue. Aīa habes mīta bona poſita in ānos plurimos: qeſce: comede: bibe: epulare. dixit aūt illi de⁹. Stulte hac nocte aīam tuā repetūt a te. Que autē parasti cui⁹ erunt? Sic ē q̄ ſibi theſaurizat ⁊ nō in deū. Hec ibi. Neq; eſt cōtra decoꝛ: q̄ q̄ ſtultus fuit ⁊ cecus in pſperitate. alijs bene cōſulat ī aduerſitate: qꝛ mala q̄ nos hic pmunt ad deū nos ire cōpellunt. Et reddunt oculos aduerſa quos abſtulerunt pſpera. Nullus aūt de cōtinua pſperitate gaudere debet: qꝛ vt dicit auguſtinus. Succeſſus humane pſperitatis verū indiciū eterne dānatiōis eſt. Principiū carminis noſtri ſumpſimus ex fine ſermonū horatij vbi ſic dicit. Heu fortuna quis eſt crudelioꝛ in nos te deus vt ſemp gaudes illudere rebus humanis. Regna tonantis. i. iouis aut dei patris. Ordo illius eſt (Nā ceteroꝛ ordo patet) Uix mutauiſſē. i. pmutationē accipere voluiſſē regna tonantis conditione mea. i. p ſtatu vite mee: tam beatus mihi videbar. Celeſtia numina. i. beatos ſpiritus: pꝛe me. i. in cōparatione mei. Eſt mihi ⁊c. Id horatius in epiſtolis ſic dicit. Hos ſolos aio ſapere ⁊ bn̄ viuere quoꝛ conſpicit nitidis fundata pecunia villis. Horrea turgeſcūt. i. inflant eo q̄ tam plena ſunt vt capere nequeāt. vn̄ dixit luce. xij. Deſtruā horrea mea ⁊ maioꝛa faciā. Et maro. Illius immenſe ruperūt horrea meſſes ⁊c. Luxuriat. i. letiſſimū ē ⁊ optima habitudine. Ecce. q d. repente preter opinionem. Iniquis ſicut dictū ē de māmona iniquitatis qꝛ non ſunt homine digne. Accelerare: qꝛ cū dixerint pax ⁊ ſecuritas: tunc repentinus ſuperueniet interitus. i. theſ. v.

c



Qui ſtelliferum viribus axem
Terraſq omnes ferre laboro:
Diuos ſuperos atq profundos
Haud me noſcens: noſcere curo.

Carmē eſt quale quintū apud boetiū monocolō: anapeſticū pindaricū dimetrū acatalecticū: capiens p̄mo loco anapeſtū vel ſpondeū: ſecūdo anapeſtū vel ſpondeū: tertio dactylū: q̄rto ſpondeū. Eſtq in vanas curas hoīz q̄ oīa inq̄rūt cū ſeipos ignorēt: vn̄ ſicut athlas celū portare d̄r q̄ celorū curſus anxie inquiſiuit: ita tales curioſi oīa ſcire volētes celū ꝛ terras in hūeris ferre vulgo finguntur. Ordo eſt. Ego qui laboro ferre viribus. ſ. meis axē ſtelliferū. i. celū: ꝛ terras oēs: curo. i. curioſe attēto noſcē diuos ſupos atq p̄fundos. i. inferos: haud noſcens me. ſ. ipm̄. Contra quē eſt illō q̄d de celo diſcendiſſe dicitur noſce teipm̄. Vide ſequentia.

O Curas hoim: o q̄tū eſt in re bus inane.
Noſſe volunt ſtulti: q̄d agāt ſup ethera diui:
Quid dis: quid manes: quid nam deus egerit ante
q̄ faceret mundū: vel cur non ante crearit:
Tempoꝛe quo claudent ſupꝛemū ſidera curſum.
Uel cur non plures celoꝛum fecerit oꝛbes.
Aut plures mundos alio ſub ſole repertos
Credendū: vel quo dicantur patre creati
Trans zonā exuſtā quicūqꝫ colūt regionem.
Idqꝫ genus multas ſatagunt inq̄rere nubes.
Extra ſe: poſitas et ſupꝛa: cū tamen extet
Hic nihil vtilius q̄ ſemet noſcere queq̄.
Atqꝫ ad menſuram ſapere: et que ſcire tenetur.

O Curas ꝛc. Inuehit̄ i eos q̄ nimia curioſitate nihil ad ſalutē aut vitā eternā faciētia rimant̄: et ſe atqꝫ ſalutaria oīa negligūt. Contra quos dr̄. Altioꝛa te ne q̄ſieris Et foꝛtioꝛa te ne ſcrutatꝰ fueris. Sed q̄ p̄cepit tibi deꝰ illa cogita ꝛ i pluribus opibus eius ne fueris curioſus. Nō eſt enī tibi neceſſariū ea que abſcondita ſunt videre oculis tuis ꝛc. Quo circa bene nos monet apoſtolus ſapere ad ſobꝛietatē: et non plus q̄ oportet. Primꝰ verſus eſt ſūptus ex pſio ſatyꝛa p̄ma. Oꝛdo eſt. O curas hoim: ſup vanas ꝛ iutiles: o quantū inane eſt i rebus. ſ. humanis. Stulti. ſ. hoīes curioſi volunt noſſe: i. ſcire: q̄d diui. i. ſpūs celeſtes agāt ſup ethera. Quid dis. i. pluto agat. ſ. apd̄ inferos: et q̄d manes agant illic Quidnā deus ſcꝫ creatoꝛ omnium qui vere dicitur iuppit̄ egerit anteq̄ faceret mūdū vel cur non crearit mundū añ. i. prius. que q̄ſtio potuiſſet moueri ſm Auguſtinū ſi centū mille ān oꝛū prius feciſſet ab illis q̄ paulo poſt creationē nati fuiſſēt. Noſſe etiā volūt quo tp̄e ſidera claudēt i. finient ſupꝛemū. i. vltimū curſū. i. qn̄ finiet̄ mundus. Contra quos dictū ē non eſt veſtrū noſſe tp̄a ꝛ momēta q̄ pater poſuit in poteſtate ſua. Uel cur deus nō fecerit plures oꝛbes celoꝛū. Et an credendū ſup. ſit plures mūdos eſſe reptos ſub alio ſole. qd̄ cū alexāder magnus a democrito didiciſſet: ingemuit q̄ nondū vniꝰ factꝰ eſſet dn̄s. Uel quo patre dicant̄ creati: quicūqꝫ colūt regionē trans zonā exuſtā. i. toꝛridā. Nā negāt quidā hinc ad illos poſſe transmeari: et tn̄ natura illā tēperiē nō fruſtra produxerit. Sed lōge errant de zona media phi. qd̄ ne i his ſtultis ſim īdagare nolo. Et ſatagūt inquirere multas nubes. i. res obſcuras nihil ad ſalutē agētes: id genꝰ ꝑeiꝰ generis poſitas extra ſe: cū dictū ſit nec te queſieris extra: et ſupꝛa. cū ſcriptura dicat altioꝛa te ꝛc. Cū tn̄ nihil ſit vtiliꝰ hic. i. donec hic viuimꝰ ac. i. q̄ queq̄ noſcere ſe: et ſapere ad menſurā: et ea que tenetur ſcire.

# De mutuo ſpe dilationis acceptãtibus.



Quiſquis debita cõtrahit:
Acceptans ſibi mutuo
Acſi terminus ab lupo
Abſumatur: iners perit.

¶ Carmẽ eſt q̃le ſextũ apd̃ boetiũ: monocolõ. Verſus ei eſt gliconiꝰ choriãbi
cus trimeť acatalecticꝰ Cõſtãs ſpõdeo choriãbo ⁊ pirchio ſeu iãbo. aut ſpõ
deo ⁊ duobꝰ dactylis. Res autẽ vidẽtur īterdũ obſcure: et nõ rñdere pictu
ris ſeu figuris/ ꝗ adagia teutonica nõ ſemꝑ latinis correſpõdet. Verbi gr̃a
teutonicũ ꝓuerbiũ eſt. lupꝰ nõ eſt ter minũ. eo ꝗ terminꝰ duo ſignificat: ⁊ fi
nẽ tp̃is: et limitẽ agri. Et dr̃ in eos q̃ ſpe dilationis plurĩ emũt ꝙ vẽdãt aut
ꝙ res valeãt: aut q̃ feneranť ſeu ad vſurã mutuo accipiũt: aut. q̃ liberaliter
mutuo data īutiliť abſumũt: q̃s fere ſequiť pauꝑtas ⁊ miſera vita. dico fe-
re: q2 locupletes factos noui: q̃ illis pecunijs alias res emerũt quas ante
diem longe pluris vendebãt. Carmẽ noſtrũ apertũ eſt.

Q Uiſq̃s pluris emit q̄ vēdat: ⁊ āpla reponit
Fenora q̄ longum cenſet abeſſe diem:
Errat ⁊ ignauo dum dormit debita creſcunt:
At dilata dies nil niſi dāna refert.
Nam quicunq; frequens rē querit mutuo habere
Aut probrum aut dānum q̄ritat ipſe ſibi.
Pauperies comes eſt alieni iugiter eris
Nec libertatem qui capit era: tenet.
Nec reor hunc ſanum qui ſtulto plurima credit:
Qui non ſoluendo ſpondet opima lucra.
Sed que de domini manibus ſuſcepimus omnes
Tempora: cum iuſto ſunt referenda lucro.

Q Uiſq̃s ⁊c. Teutonicis (vt dixi) adagijs taxāt q̄ ſpe dilationis aut mutuo accipiūt aut ad vſurā q̄ vix referre poterunt: q: qui non eſt hodie cras minus aptus erit. vñ moſes cōſulit exodi xv. iudeo dicens. Ipſe a nullo accipies mutuū. Cauſā videtur efferre ſapiēs. puer. xij. dicens. Diues pauperibus imperat: ⁊ qui accipit mutuū ſeruus eſt fenerantis. iniqui aūt mutuo accipiūt q̄ nūq̄ reddere cōſtituūt. vñ pſal. xxxvi. Mutuabitur peccator ⁊ nō ſoluet: iuſtus aūt miſeretur ⁊ tribuet ⁊c. Stulti vero ⁊ improuidi accipiūt q̄ nunq̄ reddere poſſunt decepti ſpe ſolutionis differende: ob quam aut pluris emūt: aut plus fenoris pmittunt: vt ſub ordine patebit. Is autē talis eſt. Quiſquis emit pluris. i. maiore precio q̄ vendat ⁊ reponit. i. perſoluit fenora: ampla. i. magna ſup. eo. q̄ cenſet. i. iudicat diē. ſ. ſatiſfactionis abeſſe longum. i. per longum tempus. Eſt autem aduerbiū temporis: longe loci: vt ibi. Et lōgū formoſe vale: vale inquit iolla. Errat. i. decipitur: et. i. q: (vt ſepe apud doctos auctore valla) debita creſcunt ignauo. i. nihil opanti: dū dormit: at dies dilata: nil refert niſi dāna: q: ſi nō eſſet dilatio ſtuderet diligenti⁹ accumulare vñ ſatiſfaciat. Nā quicūq; querit frequens. i. frequēter habere rem mutuo: ipſe q̄ritat. i. etiā frequēter q̄rit ſibi aut pbrum. i. dedecus ſi min⁹ aut dūtaxat tātūdem reddit. aut dānū ſi plus aut melius q̄ acceperit. Paupies. i. dānum ē comes iugiter. id eſt perpetuo eris alieni: quod inter aurea chilonis v̄ba eſt. Nec ⁱs qui capit era. ſcilicet ab vſurarijs tenet libertatem: q: fit ſeruus eius. Nec reor. i. arbitror hunc ſanum qui credit plurima. i. plurimas res ſtulto: qui. ſ. ſtultus exiſtens non ſoluendo. i. qui non queat ſatiſfacere: ſpōdet. i. promittit: lucra opima. i. pinguia fenora. quod horatins ſecundo ſermonum docet. Sumus autem fere ſtulti q: que de manu domini ſuſcepim⁹ bona inutiliter ob dilatiouem mortis. que tamen incerta eſt expendimus. vude ſequitur admonitio moralis. Sed que ⁊c.



Da magne diuum:ſi pios audis:pater
Vt fiat aurum quicquid attingam mihi.
Midas id amens a deo non dextero
Eſt aſſecutus:at periuit mox fame.

Carmē ē q̄le octauū apō boetiū monocolō. Eſt aūt v̄ſ⁹ iābic⁹ hipponacti⁹ trimet̄ acatalecti⁹:recipiēs oīb⁹ locis iābū:quē tm̄ locis ꝑib⁹ admittit et tm̄ in boetio ī fine trocheū ſeu ſpondeū offendi:quē in p̄mo tertio ꝛ quīto ſine licentia poſueris:vex vt legē poti⁹ q̄ exēplū ſequar:poſui in quīto loco ſpōdeū ī ſexto vo iābū. Argumentū ē in ſtulta hoīm vota. Quale erat mide regis frigū q̄ exorās deū vt q̄cq̄d cōtigeret aurū fieret q: cib⁹ ꝛ pot⁹ oīs in aurū ꝯuſus eſt:fame et ſiti extinctus ē. Preces mide ſunt. o magne pr̄ diuū ſi audis pios:da vt quicq̄d attingā mihi:fiat aux. Midas amens .i. ſine ratiōe p̄cans eſt id aſſecut⁹:a deo nō dextero .i. nō fauente:q: exaudiuit ad votū nō ad ſalutē. at .i. ſed ꝑiuit mox .i. paulo poſt fame.

Quis poterit ſtultis temeraria pellere vota:
Qui nocitura togis: nocitā p̄cāt̄ i armis:
Nil ergo optabūt hoies: ſi conſiliū vis
Permittes ipſis expendere numinibus quid
Conueniat nobis rebuſq;: ſit vtile noſtris.
Nam pro iucundis aptiſſima queq; dabūt dij.
Charior eſt illis homo q̄ ſibi: nos aiarum
Impulſu et ceca/magnaq; cupidine ducti
Cōiugium petimus: ptūq; vxoris: at illis
Notum eſt qui pueri qualiſq; futura ſit vxor.
Ut tamen et poſcas aliquid voueaſq; ſacellis
Orandū eſt vt ſit mens ſana in corpore ſano:
Fortem poſce aīm mortis terrore carentem.

Quis potererit. Carmen hoc totū p̄ter p̄mū v̄ſiculū ⁊ ptē ſcdī eſt Juuenalis ſatyra decima: ī qua vbi late docuit ſtultiſſima hoīm vota: cū q̄ fere petant̄ ⁊ in pace ⁊ ī bello nocere ꝯpiant̄ Ut magna vis auri et argēti. magnū corporis robur. magna facūdia. grādis etas. egregia forma: formoſi liberi. magna impia: ⁊ ſimi: q: multi ob hec pierūt aut mala paſſi ſūt. Ob diuitias vt p̄miſſim⁹ inidas: et innumeri a tyrānis occiſi. ob vires milo q̄ ſe ad arborē ſemiſciſſā a vēto cū pſcīdere molirez̄ iterclus⁹ ē ⁊ feris expoſit⁹. ob facūdiā cicero ab ātonio occiſ⁹. Ob etatē neſtor ⁊ p̄am⁹ oīa mala expti. Ob formā lucretia ſtuprata. Ob formā liberorū q̄ filios furcis ⁊ filias pſtibulis ob formā addictos viderūt. Ordo ē. Quis poterit pellere vota temeraria ſtultis. i. a ſtultis q̄ precāt̄ nocitura togis. i. in pace: ⁊ nocitura in armis. i. ī bello. Sz dices q: vtroq; tp̄e nocitura petūt̄ Ergo hoies nil optabūt. ſ. a deo Reſpōdet id q̄ḋ apḋ valeriū maximū lib. vij. cap. ij. de ſapiēter dictis ⁊ factis de ſocrate legit̄. Socrates humane ſapiētie quaſi quoddā terreſtre oraculū: nihil vltra petendū a dijs īmortalib⁹ arbitrabat̄ q̄ vt bona tribuerēt: q: ij demū ſcirēt q̄d vnicuiq; eſſet vtile. Nos autem pleruſq; id votis expetere q̄ḋ nō īpetraſſe meli⁹ foret ⁊c. dicit ergo Juuenalis: ſi vis cōſiliū. ſ. a me tu pmittes ipſis numinib⁹. i. dijs: expendere. i. iudicare: q̄d cōueniat nobis et ſit vtile rebus noſtris Nā dij dabūt nobis aptiſſima queq;. i. maxīe vtilia p iucūdis. i. loco delectabiliū. hō ē charior illis. ſ. dijs q̄ ſibi. nos ducti īpulſu aīoꝝ ⁊ ceca et magna cupidīe: petim⁹ ꝯiugiū. i. ꝯiugē: ⁊ ptū vxoris. i. liberos. at notū ē illī. ſ. dijs q̄. i. q̄les pueri ſint futuri ⁊ q̄lis vxor ſit futa. Ut tn̄ poſcas aliq̄d et voueas aliq̄d ſacellis. i. tēplis. Orādū eſt ⁊c. i. vt ſit ſanitas aīe ⁊ corpis.



Nubibus atris
Condita nullũ
Rite valebit.
Non licitorũ eſt

Mens fatuorum
Cernere lumen
Hinc ſtudiorum
Perdita curis.

¶ Carmen eſt quale ſeptimũ apꝺ boetiũ. Verſ⁹ ē dactylic⁹ adon⁹ dimeter catalecticus ꝯſtans dactylo et trocheo ſeu ſpōdeo. Sunt autē hic octo verſiculi propter breuitatē. Scribit in eos q̄ q̄d diſcāt ignorāt et ita illicitis ſtudijs occupantur: aut inutilibus. vt qui ad ſummũ vſque etatis dialecticis griphis irretiti neq; morib⁹: neq; operibus pijs quicq̄ impliciunt. de quibus in ſequenti carmine plura dicā. Ordo eſt. Mens fatuorũ condita. i. abſcondita et obſcurata: atris nubibus. ſ. ignorantie: nullũ. i. non vllũ: non valebit cernere rite. i. vt decet: vllum lumen. et hinc. i. ex hac re eſt perdita curis ſtudiorũ illicitorum.

OMnibus in terris que ſunt a gadibus vſqꝫ
Aurorã pauci rite ſequenda petunt.
Pars arti vetite ſtudet: et pars aſtrologie.
Pars cantilenis luſibus atqꝫ iocis.
Plurima pars veneri: rariſſima queqꝫ minerue:
Que doceat mores aut pia facta ſequi.
Innumeros ſcholicis videas icũbere nugis
Et ſemper logicis concrepitare ſonis.
Arguo ſic contra: verum eſt vel mentior: ergo.
Dum ſortes currit diſputat vſqꝫ plato.
Diſce miſer ſophiã que ſcandat ſydera tecũ.
Qua tibi quaqꝫ tuis impertitare queas.

OMnibus in terris ꝛc. Principiũ eſt decime ſatyre apd̓ Juuenalẽ vbi ſic dicit. Oĩbus ĩ terris q̃ ſũt a gadibꝰ vſque Aurorã ꝛ gãgẽ: pauci dignoſcere poſſũt Uera bona atqꝫ illis multũ diuerſa: remota erroris nebula. q̃d eñi ratione timemus Aut cupimus: q̃d tã dextro pede cõcipis vt te Conatꝰ nõ peniteat ꝛc. Scribit aũt ĩ eos q̃ rebꝰ ĩutilibꝰ ſtudẽt ꝑtermiſſis neceſſarijs ſtudijs. vñ de his q̃ artibꝰ aut rerũ ĩdagatiõibꝰ nimiũ ſtudẽt dicit apd̓ Aulũ gelliũ plato ſic. Philoſophia o ſocrates / res eſt elegãs / ſi modice q̃ſpiã ꝑ etatẽ attigerit: at ſi ſupra modũ tẽpus ĩ ea ꝯtriuerit: hoĩm eſt corruptela. Nã ſiq̃s vel ameno ſit acriqꝫ ĩgenio: vltraqꝫ etatẽ philoſophet: neceſſũ ẽ eũ rerũ oĩm eſſe ĩperitũ quarũ vſũ calleat oportet: q̃ſq̃s honeſtus probuſqꝫ eſt futurꝰ. hec apd̓ gelliũ: apd̓ quẽ ex Ariſtotelis ſnĩa muſicalibꝰ deditiõ diſſolutiores ſũt: q̄ bonis moribꝰ neceſſaria ſtudia illis imptiũt. Tales autẽ ſiles ſunt illis de quibꝰ ad heb. .v. Eteni cũ deberetis magiſtri eſſe ꝑpter tẽpus: ruſũ indigetis vt vos doceamini q̃ ſint elemẽta exordij ſmonũ dei ꝛc. Ordo aũt ẽ. pauci ĩ oĩbus terris q̃ ſunt a gadibꝰ. i. ab extrema pte occidẽtis: vbi gades ſũt: vſqꝫ aurorã. i. oriẽtẽ extremũ. petũt. i. expetũt: rite ſequẽda. i. expetenda. Pars. ſ. hoĩm ſtudet. i. diligentẽ opam dat: arti vetite. ſ. a canone. i. magice. Pars ſtudet aſtrologie. i. ſmoni de aſtrorũ iudicijs. pars ſtudet cãtilenis. luſibꝰ ꝛ iocis plurima ps ſtudet veneri. i. luxurie: et rariſſima queqꝫ ps ſtudet minerue. i. ſapientie: q̃ doceat ſeq̃ mores aut facta pia. i. religioſa Tu videas ĩnũeros incũbere nugis ſcholicis. i. triuialibꝰ ꝛ adminiculatiuis ſciẽtijs ꝛ ĩ eis etatẽ terere. Et cõcrepitare diſputãdo: ſemp. i. ad extremã vſq̃ vitã. ſonis logicis vt ſũt illa ĩepta Arguo ſic ꝯtra: q̃ po ſui nõ vt ſenſũ ex eis capias: ſꝫ vt ineptitudinẽ dialecticorũ ꝑpetuorũ agnoſcas. Nihil vtiliꝰ eſt q̃ ꝑ dialecticẽ ad meliora tendere. Que ſcãdat. i. nobiſcũ maneat et in celis ꝛc.

# De temere: facta dei corripientibus.



Is phœbo faculis vult dare lumina
Qui virtute iuuare
Credit poſſe ſua: qui facit oīa
Per ſe cuncta gubernans.

¶ Carmē eſt quale nonū genꝰ apꝺ boetiū dicolon diſtrophon Primꝰ xſꝰ eſt aſclepiadeꝰ choriābꝰ tetrameꝛ catalecticꝰ: ꝯſtās ſpōdeo: duobꝰ choriābis ꝛ pyrrhichio: vel ſpōdeo dactylo cū ſyllaba ꝛ duobꝰ dactylis. Scōꝺus eſt dactylicꝰ pherecratiꝰ trimeꝛ acatalecticꝰ ꝯſtās ſpōdeo dactylo ꝛ ſpondeo. Scribitꝛ temerarios ꝛ uſq adeo arrogātes vt ſperēt ſe poſſe vꝫ deū iuuare: aut eiꝰ facta corrigere. Qui tā demētes ſūt: vt ſint īſani ꝛ moliāꝛ collectis ꝛ īcēſis modicis facibꝰ augereꝰ lumē ſolis, vt ī ſequētibꝰ latiꝰ dicā. Ordo eſt Is vult dare phebo .i. ſoli lumia .i. ſplēdorē: faculis .ſ. a ſe īcēſis q̄ credit poſſe iuuare ꝟtute ſua eū: q̄ facit oīa gubernās cūcta ꝑ ſe: hoc ē deū.

CUr ſcrutaris iers celeſtia numia vermis?
Nū facibus ꝓperas modicis itēdere phebi
Lumina: num ſperas ſuperum te poſſe iuuare
Rectorem neruis aut viribus oīpotentem:
Quo ſine nīl factum: nec quicꝗ poſſumus omnes?
Quo ſine nec minimum celi conſiſteret ordo.
Deſine celeſtes mortali examine vires
Pendere: ne nimio de melle reſultet amaror
Deſine ſcrutari rabioſo murmure celos.
Nam maieſtatem quiſquis ſcrutatur: ab eius
Splendore opprimitur: ſine te q̄ cuncta creauit
Te ſine quo placitū ē moderamie: cūcta gubernet.

CUr ſcrutaris. Reprehendunt hac pagina temerarij obmurmuratores: q̄ dei opa ſcrutati ea corripiūt: perinde ac ſi melius feciſſent: ſimiles illi de quo habetur. vi. q. i. Si oia. Supuacuis laborat impēdijs: qui ſolē certat facibus adiuuare. Quoniam diuine gratie plenitudo adiectiōe humana nō indiget: nec vlla requirit cōmendationis augmenta ꝛc. Et cū nimium ſcire laborent ſtulti efficiuntur Sicut qui mel multum comedit nō eſt ei bonū. Sic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria. Prouer. xxv. Contra quos etiā dicitur quod alibi citaui illud Eccl. iij. Altiora te ne queſieris ꝛ fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed que p̄cipit tibi deꝰ illa cogita ſemꝑ: ꝛ in pluribꝰ opibꝰ eiꝰ ne fueris curioſus ꝛc. Ordo ē. O vermis iners. i. expers artis ꝛ induſtrie reſpectu dei: cur ſcrutaris. i. diligenter inquiris: numina celeſtia. i. potētiā diuinam: nū. i. nūquid ꝓperas intendere. i. augere lumina phebi. i. ſolis: facibꝰ. i. lignis incenſis: titiones vocant: modicis. i. parū valētibꝰ: nū. i. nūq̄d ſperas te poſſe iuuare neruis aut viribꝰ tuis rectorē oīpotētē ſuperū. i. ſuperoꝝ hoc eſt celeſtium: ſine quo nil factū eſt nec oēs. i. et ſi oēs ſimul eſſemus nō poſſumꝰ quicꝗ ſine eo: ſine quo ordo celi qui nūc eſt nec minimum. i. ne minimum quidē tēpus: cōſiſteret. i. ꝑmaneret. Deſine igitur pendere. i. cenſere ꝛ eſtimare examine. i. iudicio mortali vires celeſtes. i. dei celoꝝ: ne amaror. i. amaritudo vel amaritas vel amaricies: reſultet tibi de nimio melle. i. ne ex nimia indagatione fias ſtultus. deſine ſcrutari ſup. cū murmure rabioſo. i. inſano: celos. i. celicolas: aut opera dei qꝛ celi enarrāt gloriam dei et opera eius annunciat firmamentum. Nam quiſquis ſcrutatur. i. curioſe inquirit maieſtatem: opprimitur a ſplendore. i. a gloria eiꝰ: Is qui creauit te ſine te. i. ſine auxilio tuo: gubernet. i. permitte vt gubernet cuncta eo moderamine quo placitum eſt ſup. ei ſine te.

# De alios perperam iudicantibus



Iudicans fratrem trutina maligna
Seſe iuſtificans modo:
Iudicis ſperet reprobandus iram:
Solus qui vider omnia.

¶ Carmē eſt hexametrū ſatyricū: heroico in pedib9 ſimile: finitis em̄ gene rib9 horatianis ⁊ boetianis ꝯſtitui vulgatiorib9 vti: hexametris ⁊ pētame tris. Inuehimur in icautā atq; iprouidā pubē ac iuuētutē q̄ ſe a meretrici bus capi ⁊ ad aiarū iteritū abduci ſciētes ⁊ gaudētes patiūt. vt i ſeq̄ntib9 ex capi. vij. puer. lati9 deducā. Ordo eſt. Vt. i. queadmodū bos hoſtia. i. de ſtinat9 ad arā vt hoſtia fiat: petit vltro. i. nō coact9: cultros ſuppoſitos. i. clāculū a ſacrificulo añ ipſū poſitos: vt ipſe ſe iterimat: ſic em̄ gratiorē pu tabāt oblationē: ⁊ vt agn9 laſciu9 ⁊ petulc9: ſalit i vlnas laniꝫ. i. carnificis: truc;. Et vt ales. i. volucris alat: volata ad eſcā. i. amore p̄de: ſub; pedicas ab ſcōſas: ſic pubes. i. multitudo pubeſcētiū iſpiēs ruit ad oſcula meretricis.

FIli fac vites alienigene ac peregrine
Blãditias veneris ſi tibi chara ſalus.
E ſpecula vidi iuuenē vicos obeuntē
Per quos inſontũ currere turba ſolet.
Laſciuãq; ſimul dubia iam nocte vagantis
Thaida cõſpexi ferre ſub ora gradum.
Cõplexũq; tenens miſerũ: fracto inquit ocello
Que pro te voui: dijs mea vita: dedi.
Extruxi thalamũ: fragrat mihi ſuaue cubile.
Dum vir abeſt noſtris perfruere huberibus.
Ille lupã captus ſequitur: laniũ velut agnus
Ignorans aie ſtructa pericla ſue.

FIli ꝛc. Totũ hoc carmē ſumpſit ex illo ꝓuerbiorũ. vij. Prudētiã voca amicã tuã: vt cuſtodiat te a muliere extranea. ꝛ ab alienigena q̄ ꝟba ſua dulcia facit. De feneſtra eñi dom⁹ mee ꝑ cãcellos ꝓſpexi iuuenē: et video ꝑuulos. Cõſidero vecordē iuuenē q̄ trãſit ꝑ plateas iuxta angulũ: ꝛ ꝓpe viã dom⁹ illi⁹ gradit̄ i obſcuro aduesꝑaſcēte die ĩ noctis tenebris ꝛ caligīe. Et ecce occurrit illi mulier ĩ ornatu meretricio: ꝓparata ad decipiēdas aīas: Garrula ꝛ vaga: q̄etis ĩpatiēs nec valēs ĩ domo conſiſtere pedib⁹ ſuis. Nũc ĩ plateis: nũc iuxta ãgulos inſidiãs. Appꝛehenſũq; deoſculat̄ iuuenē: ꝛ ꝓcaci vultu blãdit̄ dicēs Victimas ꝓ ſalute tua deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſũ ĩ occurſũ tuũ deſiderãs te videre et repperi. Intexui funib⁹ lectulũ meũ: ſtraui tapetib⁹ pictis ex egipto. aſꝑſi cubile meũ myrrha ꝛ aloe et cynnamomo. Veni: inebriemur vberib⁹: ꝛ fruamur cupitĩ ãplexib⁹: donec illuceſcat dies. Nõ ē eñi vir ĩ domo ſua. abijt via longiſſima. Sacculũ pecunie ſecũ tulit: in die plene lune reuerſur⁹ ē ĩ domũ ſuã. Irretiuit eũ multis ſermonib⁹: et blãdiciis labiorũ ꝓtraxit illũ. Stati eã ſeq̄t quaſi bos duct⁹ ad victimã: et q̄ſi agn⁹ laſciuiēs ꝛ ignorãs: et neſcit ꝙ ad vīcula ſtult⁹ trahat̄ donec trãſfigat ſagitta iecur ei⁹ velut ſi auis feſtinet ad laqueũ: ꝛ neſcit ꝙ de ꝑiculo aīe illi⁹ agit̄ ꝛc. hec illic. Vñ nr̄a patēt paucis ſaltē expoſitis. Veneris. i. meretricis cui⁹ queſtũ ven⁹ īſtituit in cypro. E ſpecula. i. e feneſtra alta ad ſpeculandũ apta. Obeūtē. id eſt pertranſeuntē. Turba inſontũ. i. innocentum: hoc eſt puerorũ. Et conſpexi ſimul: thaida. i. meretricē laſciuã: ferre gradũ id eſt greſſum: ſub ora. i. ante faciē iuuenis vagãtis nocte iã incerta. i. ĩ ipo crepuſculo noctis. fracto. id eſt petulanti ꝛ laſciuo. que. ſ. vota mea vita. ſic grece blandiuntur authore Iuuenale. Suaue. i. ſuauiter. fragrat. i. ſpirat. Lupã. i. meretricē vnde lupanar dictũ Structa ſup. eſſe pericla: pro periculis. Cetera manifeſta ria puto.



Vt ſamſon vafrę credēs arcana puellę
Vertice detonſo robora nulla tulit:
Sic ſua qui credūt cuiq̄ ſecreta tacenda:
Mox agitant curis tempora plena malis.

¶ Scribit in eos qui ſecreta ſua tacere nequeunt: ſed ea vel in abditiſſimo loco ꝓferūt: ⁊ venenū animi ſui expuūt: putātes nullū adeſſe In quos dicitur Eccli. x. In ſecreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia et aues celi portabūt vocē tuā: et qui habent pennas annūciabūt ſententiam. Et eiuſdem. xix. Amico et inimico noli narrare ſenſum tuum: et ſi eſt tibi delictum noli denudare. Ordo eſt. Ut ſamſon credēs archana. id eſt ſecreta ſua: puelle vafre id eſt callide videlicet dalile. tulit. i. abſtulit nulla robora: vertice detonſo id eſt amiſſis capillis. Sic qui credunt cuiq̄ ſua ſecreta tacenda id eſt que deberent taceri. agitant mox tempora plena curis malis. quia timent ea reuelari.

SEcretū mentis tu nūꝙ pande marite
Quodq; velis tacitū caue cuiꝙ dixeris ipſe
Nam tua ſi nequeas reticenda tacere: quid optes
Qui ſine iactura manifeſtent: poſſe ſilere?
Non potuit tonſoꝛ mide ſecreta tacere
Sed tulit ad cannas: cāneq; tulere ſub auras.
Si ſamſon ſedem virtutis cōticuiſſet
Non excecatus ſublato crine molares
Verſaſſet: nec achab ſpoliaſſet vite nabothum
Cum vita ſi non vxoꝛē conſuluiſſet.
Nec terra oicliden viuum armatumq; voꝛaſſet
Si ſua celaſſet triſtiſſima fata eriphylen.

SEcretū ⁊c. Ut ex titulo patet ſcribit in eos ꝗ ſecreta ſua tacere nequeūt: in quos dr̄ Eccli. x. In ſecreto cubiculi tui nō maledixeris diuiti: qꝛ ⁊ aues celi poꝛtabūt vocē: ⁊ ꝗ hn̄t pēnas ānunciabunt ſententiā. Et eiuſdē. xix. Amico ⁊ inimico noli narrare ſenſū tuū: ⁊ ſi eſt tibi dilictū noli denudare. Multi aūt perierunt ꝗ ſecreta ſua vxoribꝰ patefecerūt: vt ſamſon: vt āphiareus qui cū eriphyle vxori dixiſſet ſe periturū ſi in bellū thebanū ꝓficiſceret atq; ita latere vellet: illa ob monile ipm̄ ꝓdidit ꝗ ſtati vt in terrā hoſtilē venit viuꝰ ⁊ armatꝰ a terra abſorptꝰ ē. Preterea niſi achab vxori ſue iezabel indicaſſet cōſiliū ſuū de vinea naboth habēda: nō illum vxoris cōſilio occidi curaſſet. Quod vero ꝗ ſecreta alioꝝ noſcunt tacere nequeūt docent fabule ꝑ tonſorē mide: qui cū deꝓhendiſſet illi eē auriculas aſininas ⁊ tacere amplius nequiſſet fert in locū paluſtrē abijſſe atq; inter cānas paluſtris īclamitaſſe auriculas aſini midas habet: quā vocē cāne vento agitate rettulerūt: atq; it a res nota erat. Quod ī eccleſiaſtico de auibꝰ dr̄ approbat Colperdus tali apologo. Erat inquit iudeus ꝑtranſiturus nemꝰ obſeſſū latrone: quocirca ſcū ſolꝰ ꝑtrāſire nō auderet caſtellū ingreſſus a dn̄o quē iuſtū nouit: comitē accepit. Is aūt cū in medio nemoris eſſent ſciens grandē eē iudeo pecuniā: vim inferre cepit quo rumore excitate ꝑdices auolarunt: ⁊ iudeus ſi inquit cōtra fidem datā me occideris he volucres facinꝰ indicabūt ille ſubridens: experiar inqt: ⁊ hoīe occiſo/cū preda redijt iuſto pacto tp̄e: dn̄oq; ſignificauit illum ſaluū tranſijſſe. Paulopoſt capte perdices dn̄o afferunt ab illo infido comite: qui cū ſe a riſu cōtinere nequiret: ſciſcitante dn̄o cauſā riſus etiā tormentis facinꝰ apuit ⁊ penā dedit. Secretū catonis eſt. Quodq; velis tacitū: ex ſeneca eſt ſumptū. Sine iactura. i. ſine dāno. Sedem virtutis. i. locū virium. Oicliden amphiareū oiclei filium. Cetera nota ſunt.



Quiſquis ob ęra domum vetulā ſibi ducit ineptam:
Hinc requiem ſperans: et parti gaudia victus:
Errat, vt aruinam qui in podice quęrit aſelli.
Nam litem et curas: vt ſtercora colligit ille.

Carmē eſt hexametrum ſatyricū ſcriptū in eos qui vxores vetulas du
cunt ob ingentē theſaurū: ſperantes requiē iam pro victu: ſed longe aliter
euenit. Nā vt iuuenalis dicit. Intolerabilius nihil ē ꝙ̄ femina diues. vñ ſi
cut ſtatim dicā mulier diues: in aurē vtrāqꝫ quādoquidē dotata ē cubat. i.
vt lubet nunc anteriora nūc poſteriora ad maritū cōuertit. Sunt ergo q̄ ta
les ducūt ſiles illis q̄ vt ē i ꝓuerbio teutonico: aruinā ſub cauda ſeu in po
dice: aut vt dicunt culo aſini eſſe putāt: ⁊ ſupponentes trullā ꝓ aruina ſter
cora colligunt. Ultimi verſiculi ordo eſt. Nā ſup. talis colligit litē ⁊ curas
ob vxoris ſupbiā: ſicut ille qui q̄rit aruinā in podice aſelli colligit ſtercora

Q Uiſquis rugoſā vetulā ſibi ducit ob era
Ducitur a nūmis conditione graui
Nam libertatis mox totum perdit is aſſem.
Atqȝ voluptatis vix tenet vnciolam:
Intolerabilius nihil eſt ꝙ femina diues
Inqȝ aurem ob dotē dormit vtrāqȝ ſuam.
Nulla fere cauſa eſt in qua nō femina litem
Mouerit: vt tecto pellat ⁊ vrbe virum
Malo venuſinā ꝙ te cornelia mater
Gracchorum: faſtum non queo ferre tuum.
Ergo parem ducam que me colat ⁊ vereatur:
Aut celebs caſtum ſemper habebo thorum.

Q Uiſquis. ⁊c. Scribit in eos q̄ ducturi vxorē: diuitias priuſꝙ mores inquirūt iuxta illud iuuenalis. Protinus ad cenſum de moribus vltima fiet queſtio ⁊c. Verū vt dr̄ puer. xix. Domus ⁊ diuitie dant a parentib9 a dn̄o aūt ꝓprie vxor prudēs: ſed vt ordinē ⁊ expoſitionē noſtrorum verſiculorum ex variis ſumptorum ꝑcurram Ordo eſt. Quiſquis. i. quicūqȝ ducit ſibi vetulā rugoſā: ob. i. propter era. i. pecuniā ⁊ diuitias is ſup. dr̄ a nūmis. i. fit in poteſtate nūmorum: graui cō ditione. i. ſtatu vite. Nam is perdit mox totum aſſem. i. plenam ſummam libertatis. hoc eſt nihil tenet libertatis ⁊ vix tenet vnciolā. i. minimā partē voluptatis. Quia vt dicit iuuenalis. ſat. vi. Nihil eſtītolerabili9 ꝙ femina diues: q: dotata eſt impat ergo viro. ⁊ vt apud aulū geliū ex menādro habetur. In aurē vtrāqȝ qn̄quidē dotata eſt: cubet re confecta magnifica ⁊ negocio inclyto. Et paulo poſt Me miſerū: q̄ creobulā duxi ⁊ talenta decem nauſ mulierculam cui9 ſuperbia adeo intolerabilis eſt ⁊c. Dicit aūt ī dotata aurē vtrāqȝ cubare: q: ſi ad dexterā ptē iacet in aurā dexterā cubat aduerſa viro. i. hn̄s faciē ad ipm̄ verſā. In ſiniſtrā vero auerſa. i. hn̄s dorſum ad virū: qd ſupbe ⁊ minus reuerentis virū eſt. Nulla cā eſt fere in qua femina non mouerit litem: vt pellat. i. pellere poſſit virū tecto. i. domo ⁊ vrbe. i. oppido. q: tecta iugiter ꝑſtillantia litigioſa eſt mulier. Tecta aūt ꝑſtillantia fugare ſolēt hoſpites. Malo inq̄t Iuuenal venuſinā. i. mulierē ſemiruſticā et ex modico oppido: ꝙ te cornelia mater gracchorum. ſ. duorum ſeditioſorum: q: nō q̄o ferre faſtū. i. ſupbiā tuā. qd iuuenalis dicit. Si cū magnis virtutib9 affers. Grāde ſupciliū ⁊ numeras ī dote triūphos. Ergo q: libertatē amittere nolo: nec rixoſā pati vetulam: ego ducā parē. i. pari conditione ⁊ etate que colat ⁊ vereatur me. Aut ego celebs. i. in celibatu. hoc eſt extra coniugiū viuens: habebo torum ſemper caſtum. i. impollutum.



Liuor tabificum malis venenum
Intactis vorat oſſibus medullas
Et totum bibit artubus cruorem
Q̄ quiſquis furit inuidetq; ſorti
(Ut debet) ſibi pena ſemper; ipſe eſt
Teſtatur gemitu graues dolores
Suſpirat gemit: incutitq; dentes
Sudat frigidus intuens quod odit.

Effundit mala lingua virus atrum.
Pallor terr ibilis genas colorat
Infelix macies renudat oſſa.
Non lux non cibus eſt ſuauis illi.
Non potus iuuat aut ſapor lyei.
Nec ſi pocula iuppiter propinet
Atq; hec porrigat et miniſtret hebe.
Aut tradat ganymedes ipſe nectar.
Non ſõnum capit aut quieſcit vnq̃
Torquet viſcera carnifex cruentus.
Veſanos tacitus mouet furores
Intentans aĩo faces erynnis.

LIuor ꝛc. Carmẽ eſt totũ vergilianũ: eſt autẽ monocolõ: nã verſus eſt vbiq; dactylicꝰ phaleciꝰ pẽtameter hẽdecaſyllabus. Conſtans ſpondeo dactylo ꝛ tribꝰ trocheis. Scribit ꝯtra inuidiã ſeu liuorẽ Liuor tñ ꝓprie eſt macula plũbei coloris ex cõpreſſione facta. Tibullus Tũ ſuccos herbaſq; dedi quis liuor abiret quẽ facit impreſſo mutua dente venus. Sed qꝛ inuidus talẽ fere contrahit colorem idcirco liuor ꝓ inuidia: et liuidus pro inuido paſſim accipitur. De inuido aũt dr̃ eccli. xiiij. Qui ſibi inuidet nihil eſt illo nequiꝰ: et hec redditio eſt malitie illius Et ſi bñfecerit ignorãter et non volens facit et in nouiſſimo manifeſtat maliciã Nequã eſt oculus liuidi et auertens faciẽ ſuã: et deſpiciens aĩam ſuã ꝛc. Si queras quõ ſibi inuideat: dicã oẽm inuidũ et corporis et aĩe ſue ſaluti inuidere: qꝛ liuor corpꝰ exedit. vñ in epi. hora. Inuidꝰ alteriꝰ rebus macreſcit opimis Inuidia ſiculi nõ inuenere tyrãni Maiꝰ tormentũ Vñ alanꝰ cõparat inuidiã ethne q̃ ſeipſã ꝯſumit dicẽs Nec ꝗcꝗ̃ niſi ſe valet ardẽs ethna cremare ꝛc. Et iõ hic dr̃ tabificũ venenũ malis: qꝛ nõ nocet inuiſo q̃ bonꝰ fere eſt. vñ martialis oĩbus ĩuideas liuide nemo tibi: ſed inuido. Ordo eſt Liuor exñs venenũ tabificũ. i. in morẽ tabi lẽte conſumens malis. ſ. ĩuidis: vorat medullas. ſ. inuidorũ: oſſibꝰ intactis. Et bibit artubus totũ cruorẽ. ſ. bonũ ꝗ. i. qꝛ quiſquis fur erit inuidet ſorti. ſ. alterius eſt ſemꝑ ſibi pena vt dꝫ. Nã teſtat̃ gemitu graues dolores mẽtis. ſ. Suſpirat. gemit et incutit dẽtes. Sudat frigidꝰ ex angore: ĩtuẽs qđ odit. Lĩgua mala. ſ. eiꝰ effundit virus. i. venenũ atrũ. i. nociuũ Pallor terribilis colorat genas ſup. eiꝰ. et macies ĩfelix: qꝛ ex opimis rebꝰ alteriꝰ nata: renudat id eſt retegit oſſa. lux nõ eſt ſuauis (Eſt autẽ triſſyllaba vox) illi ꝛ cibꝰ non eſt ſuauis illi. Potus non iuuat. i. non delectat eũ. nec ſapor lyei. i. vini. nec id eſt nõ etiã ſi iuppiter propinet pocula. atq; hebe filia iunonis ꝛ pĩcerna deorũ porrigat et miniſtret: aut ſi ipẽ. i. pulcherrimꝰ puer ganymedes: tradat nectar. i. potũ deorũ: qꝛ liuor exñs carnifex cruẽtus torquet ꝛc.



Qui defendere delictū q̄ vertere mauult
Quis ſit monitus: venia caret vt cytharedus
Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem:
Et meliora/ſuis intentus plectra repellit.

¶ Scribit in eos q̄ ſe icorrigibiles exhibēt vt ſūt oēs ſtulti ſibi placētes. In quos dr̄ ꝓuer. xxiij. In aurib⁹ inſipiētiū ne loq̄ris q2 deſpiciēt doctrinā eloquij tui. Et eccli. xxij. Cū dormiēte loquit̄ q̄ enarrat ſtulto ſapientiam. Et iō dr̄ ꝓuer. ix. Noli arguere deriſorē ne oderit te. Argue ſapiētē: ⁊ diliget te. Nō plebeis dr̄ verſiculis. Argue ꝯſultū: te dilige: arguet ſtultum. Auertet vultū nec ſe dimittet inultū. Tres p̄mi verſ⁹ ſūt horatij ī arte poetica: ſed nō quo ordine ponunt̄. Quartus ē noſter ad picturā aſpectēs. Ordo eſt. qui mauult. id ē magis vult: defendere: delictū. ſ. ſuū: q̄ vertere. id ē corrigere ⁊ emendare: Quis ſit monitus. ſ. a ſapiente: is ſup. caret venia. vt citharedus ⁊c. nota ſunt.

STultorū (numerus quoꝝ infinitus habet)
Peſſimus eſt: ſapiens q̄ ſibi viſus: iers
Non eteni cuiq̄ credit bona rite monenti:
Sed ſibi cōſuetā perſtrepit vſq̄ notam.
Nec cytharam tangit: nec barbiton: atq̄ ſonora
Plectra: ſed inflato concitat vtre ſonum.
Dulcius hoc nihil eſt: nihil eſt concinnius illi.
A quo ſi reuocas: iurgia ſeua mouet.
Tales ſciſmatici ſunt et qui praua ſuorum
Authorum verbis ſenſa tuenda putant.
Eſt etenim tepidus nulla reuocabilis arte:
At feruens bonus eſt: frigidus eſſe poteſt.

STultoꝝ ⁊c. Inuehit in eos q̄ corrigi nolūt nec admoniti ſe errasse fateri volunt. quoꝝ error ꝑniciosiſſimus ē ⁊ illis ⁊ aliis: nā in eo gñe ſūt oēs heretici: ꝑtinaciter errores ſuos defendētes: omnes preterea improbandoꝝ irreuocabiles aſſertores: vt qui in verba alicuꝰ phi ſeu doctoris ſic iurauerunt vt authoritate potiꝰ q̄ ratiōe inducti: nulla vi ad reuocandū ab illo neg īgenter dictum adduci poſſint. Cōtra q̄s dicit ſeneca. Nō te moueat dicentis authoritas: ſed q̄d dicat attende. Tales preterea ſunt ſibi placētes vt qui neq̄ plane ſūt frigidi. i. a charitate remoti: q̄ nō enormiter peccāt: nec tñ feruentes charitate ſed tepidi de cuiuſmodi ſalute deſperare videt. diuꝰ ioh. apo. iij. Scio opa tua: q̄ neq̄ frigidꝰ es: neq̄ calidus. Vtinā frigidꝰ eſſes aut calidus: ſed q̄ tepidus es: ⁊ nec frigidus nec calidus, incipiā te euomere ex ore meo: q̄ dicis q̄ diues ſū ⁊ lo cupletatus: ⁊ nulliꝰ egeo ⁊ neſcis: q̄ tu es miſer ⁊ miſerabilis: ⁊ paup: ⁊ cecus: ⁊ nudus. Ordo aūt eſt. Peſſimꝰ ſtultorū quorū numerus habetur infinitus: eſt iners qui viſꝰ ē ſibi ſapiens. Etenim nō credit cuiq̄ monenti bona rite. i. decenter: ſ; ꝑſtrepit vſq̄. i. ſemꝑ: notā. i. menſurā cātus cōſuetā ſibi. Nec tangit cytharā nec barbiton aut plectra ſonora: ſ; ꝯcitat ſonū vtre. ſ. ſacco ex corio: inflato. i. quē inflat. vulgo cornutam vocāt muſā: nihil ē illi. i. q̄rū illi videt dulciꝰ. hoc. ſ. vtre inflato: ⁊ nihil eſt cōcinniꝰ. i. maiorē ſymphoniā faciēs. A quo ſi reuoces eū: ipē mouet ſeua iurgia. Tales ſūt ſciſmatici ⁊ heretici. ⁊ q̄ putāt tuēda vbis. ſ. rixoſis ſenſa praua. i. ꝑuerſas opiniōes ſuoꝝ authoꝝ. Eteni tepidꝰ: ē reuocabil' nulla arte. At feruens. ſ. charitate eſt bonꝰ: ⁊ frigidꝰ pōt eſſe bonꝰ: q̄ agnoſcit malum ſuum. Et ideo plures manifeſtos peccatores ad penitentiā cōuerſos videmus q̄ hypocritas aut ſanctitatis ſimulatores: ⁊ vt dixi tepidos.

# De ſtultis p̄ſcientię dei cenſoribus



Omnia ſi certo voluũtur cardine fata
Nec nouit falli qui videt illa deus:
Si me damnandum preſciuit: damner oportet:
Sin ſcit ſaluandum me ſine ſaluus ero.
Sic reputans ceſſo: veluti volet auca ſub ora
Aſſa: ſed vt cancer ſpes mihi vana meat.

¶ Scribit in ſtultos q̄ ꝓpterea ꝙ deũ oĩa p̄noſſe ſciunt nihil agere volũt dicẽtes ſi p̄deſtinati ſum⁹ ad glĩam ſalui erim⁹: ſin p̄ſciti ad damnationẽ fruſtra reluctemur: opꝫ eĩ dãnemur. in q̄s nihil efficaci⁹ dici põt q̄ illõ pauli. Roma. ix. O hõ tu q̄s es q̄ reſpõdeas deo? Nũqd dicit figmẽtũ ei qui ſe finxit? quid me feciſti ſic? ꝛc. Et illud aug. Si nõ es p̄deſtinatus ora vt p̄deſtineris: nec verũ ē q̄d ſtult⁹ dicit ſi p̄deſtinat⁹ ſũ ſaluabor etiã ſine me: q: vt dicit idẽ aug. Qui fecit te ſine te nõ ſaluabit te ſine te: ſed q: ſcriptũ ē mitte arcana dei. de his ſobrie mihi diſputãdũ cẽſeo: vt cancer meat. i. retorſũ:

HEi mihi quid dānant moꝛtales numina celi
Eſſe aiunt eteni ꝑ nos mala: cū tamē ipſis
Vecoꝛdi pꝛeter fatū ſint mente doloꝛes.
Libera ſunt cuiuis arbitria. nec deus illa
Cogit: at optatū qui vult attingere poꝛtum
Utitur aut ventis (ſi dat deus ipſe) ſecundis
Aut contra aduerſos: obluctans arte/lacertis
Incūbit validis: et remis flamina vincit.
Ni tibi defueris non deerit gratia diuū.
Qui condit fatum mediū quoqꝫ condit ad ipſū.
Non eſt ceſſandū: nec fruſtra vota preceſqꝫ
Fuderis: vt medicā non fruſtra oꝛaueris artē.

HEi mihi. Tria ꝑma carmina ſūt Auli gellij lib. vi. cap. ij. q̄ a pythagoreis hāc ſētētiā affert. Noſces hoīes ſpōtaneas haurire calamitates q̄ſi detrimēta ſingulis a ſeipſis fiant: et ſuo impetu delinquāt: et in īcomoda ruāt ſua volūtate atqꝫ ꝓpoſito. Propterea negat opoꝛtere ferri audiriqꝫ hoīes aut nequā aut ignauos. ⁊ nocētes et audaces: q̄ cū in culpa ⁊ maleficio reuicti ſunt ꝑfugiūt ad fati neceſſitatē tāq̄ ī aliq̄d phani aſylū: ⁊ q̄ peſſime fecerūt: ea nō ſue temeritati ſꝫ fato eē attribuēda dicūt Primꝰ aūt hō ſapiētiſſimꝰ ⁊ āticꝗſſimꝰ poetarū dixit id hiſce v̄ſibꝰ Hei mihi ⁊c. Itaqꝫ M. Cicero ī lib. quē de fato ſcripſit cū q̄ſtionē iſtā diceret obſcuriſſimā eē ⁊ īplicatiſſimā: Chꝛiſippū q̄qꝫ ꝑhm nō expediſſe ſe ī ea re refert his v̄bis Chꝛyſippꝰ eſtuās laboꝛāſqꝫ quonā pacto explicet ⁊ fato oīa fieri ⁊ eē aliq̄d liberū ī nobis ītricat hoc mō Hec ille. de qua re m̄lta h̄nt apd̄ boetiū li. v. de ꝯſolatiōe. Ubi cū ꝓuidētia dīna ſil̄ ſtare libertatē aī docet familiari exēplo: vidērꝫ aurigā agitare currū. Nā tantiſper dū ille videt hic nō pōt nō agitare: ⁊ t̄n illiꝰ viſꝰ nullā huic vim affert. Sed diſputēt hec theologi Ordo ē hei mihi q̄d. i. ad q̄d dānāt. i. īcuſāt moꝛtales numina celi. Et eī ipſi moꝛtales aiūt mala ſup. ſua: eē ꝑ nos. ſ. numīa celeſtia ī quoꝛū ꝑſona hec dicūt. cū t̄n doloꝛes. ſ. aīoꝛū: hoc ē vitia v̄n naſcūtur doloꝛes. ſint ipſis. ſ. moꝛtalibꝰ. mēte vecoꝛdi. i. ꝓpē mētē vecoꝛdē. p̄ter fatū. i. neceſſitatē fatalē. Arbitria ſūt cuiuis. ſ. hoī libera: nec deꝰ cogit illa at q̄ vult attigere poꝛtū optatū vtit̄ aut vētis ſecundis ſi deꝰ det ſup. eos: aut obluctās ꝯtra aduerſos. ſ. vētos arte. i. īduſtria: īcūbit validis lacertis: ⁊ remis vicit flamina. i. vētos ꝯ̄rios. hoc ē ocyoſus nō eſt: neqꝫ tu ceſſare debes: Nā gr̄a diuū nō deerit tibi niſi tu defueris tibi. Nec putes q̄ ſine opa tua ſaluaberis. q2 deꝰ q̄ ꝯdit fatū cōdit q̄qꝫ mediū ad ipſū. i. q̄ finē ꝓuidet etiā media ad ipſū ꝓuidet. non eſt ergo ceſſandū. nec fuderis fruſtra vota et preces: vt non oꝛaueris fruſtra artē medicam: quam t̄n q̄ fato omnia attribuūt inutilē cenſerent.



Chironomon ledam molli ſaltante batillo
Tuſcia veſicę non imperat: appula gānit
Sicut in amplexu: ſubitū et miſerabile. longū
Attendit thymele: thymele tunc ruſtica diſcit.

¶ Carmē eſt Iuuenalis ſatyra. vi. quo oñdit laſciuos mores. choreas ductitātū ⁊ certe vt in ſequēti dicā nihil diſſoluti⁹ aut ad libidinē ꝓcliui⁹ fieri a pleriſqȝ ſolet ꝙ ſaltatio illa ab idololatris vt pȝ Exodi xxxij. inuēta. verū vt vocabula lectorē nō fugiāt leda ꝓpriū nomē eſt ſaltatiōis laſciue. q̄ fiebat geſtu manū: ſicut ſaltatio q̄ nūc alemānica dr̄ q̄ ab alemānis inuēta: ſed a gallis nimis obſeruata eſt. Chironomos aūt adiectiuū ē cōis gñis apud grecos: ſignificās ad motū aut normā man⁹ factile Nā chir chiros dr̄ manus nomo moueo et nomos lex et norma. vñ chironomia. i. manuū lex in motu ſeruādo. Thymele ꝓpe dr̄ pulpitū ⁊ ſcena. thymelicos hiſtrio. Vñ tali cōpetit choreas diſcere. Tuſcia mulier tuſca. appula ex appulia. Subitū miſerabile. longum. genera ſunt paſſuum in ſaltatione.

QUis mala q̄ peperit demens ſaltatio cūcta
Supputet: aut elegis explicet exiguis?
Nullo maioꝛem faciunt diſcrimine moꝛes
Iacturam ingenui turpibus atqꝫ choꝛis.
Nā quid cōtactus: quid lubꝛica ſuauia dicā:
Quid digitos nequā? quid ſine fronte iocos?
Compoſito extinctis paphia ſuadente lucernis
Quā tenuit comitē turpis amatoꝛ init.
Conflatū ex auro vitulū iudeus odoꝛans
Et circūſaltans hec mala pꝛogenuit.
Hunc male ſana cohoꝛs ſequitur: cum tēpoꝛe feſto
Sanctuis in glebas pꝛeſſet aratra graues.

QUis mala ⁊c. Inuehit in īſipiētes chorearū ⁊ ſaltationū amatores ⁊ amatrices: q̄ ſepe capitalia illa ſeptē pctā ꝯmittūt aut re aut volūtate: nā de ſupbia nihil eſt ābigendū cū videamus maiori ābitione choreas q̄ funera duci: multoſqꝫ īaniſſime nature bona oſtētare ac iactare. Auaricia vo ī tibicinib⁹ eſt: et ī āctillis aut ēt filiabuſfamilias q̄ furant hero aut pr̄i qb⁹ poſtridie ꝯducāt q̄ nūera domeſtica curēt cū ipſe defatigate ſint aut qb⁹ iſtriones et tibicines ꝯducāt. Luxuria oīb⁹ nūeris explet. Inuidia feruet: dū īpitiores aut mīores pitiorib⁹ et potētiorib⁹ īuidēt. Gula ſepe p̄it: ⁊ nōnū q̄ ſubſeqt. p̄ſertim in potu. Ira ex preuēta aut ſurrepta p̄da iuuenib⁹ inaſcit. Acidia ſeu pigricia poſtridie regnat. Vn̄ nō ab re dr̄ pſal. xi. In circuitu īpij ābulāt. Ordo ē: q̄s ſupputet. i. enūeret aut explicet: elegis. i. elegiacꝭ vſib⁹: exiguis. i. modicis cuncta mala q̄ ſaltatio demēs. i. demētiū: aut demētes faciēs: peperit? q. d. nullus. Nā mores īgenui. i. decētes īgenuos: in nullo diſcrimīe. i. piculo faciūt maiorē iacturā. i. pditionē aut dānū: atqꝫ. i. q̄ in choꝛis. i. choreis turpibus. Nā qd. i. ad qd: dicā cōtact⁹ ſup. lubricos? ⁊ qd dicā ſuauia. i. baſia lubrica i. pinguia ⁊ laſciua. Quid dicā digitos nequā. i. laſciuos ad aliō nihil valētes. qd ſup. dicam iocos. i. ſermones iocoſos: ſine frōte. i. ſine verecūdia? Amatoꝛ turpis. i. ad turpitudinē: init. i. oppꝛimit eā comitē. i. ꝯſaltatricem quā tenuit prius: ⁊ hoc lucernis. i. luminib⁹ nocturnis extīctis ꝯpoſito. i. ex īduſtria: ⁊ hoc paphia. i. venere q̄ in papho p̄cipue colebat: ſuadēte id ē cohortante. Iudeus. i. popul⁹ iſrael: adorans vitulū conflatū ex auro vt habetur exodi. xxxij. et circūſaltans. id eſt choreā ductitās: progenuit hec mala Et cohors male ſana. id eſt ſtulta ſequitur. i. imitat hunc. ſ. iudeū cū p̄ſſet. id eſt frequenter premat tēpore feſto: aratra in glebas. id eſt in globos terre pingues ſanctu⁹. i. ſine maiore peccato. Authoꝛ ē diu⁹ Auguſtinus.



Stulta nec fatū metuit iuuentus
Nec minas cœli: modo cantet amens:
Metuo longas pereunte noctes
Lydia dormis?

¶ Carmē eſt ſaphicū. ſcribit in eos: quorū (vt dr Eſa. xxix) ſunt in tenebris opa: et dicūt. Quis videt nos et quis nouit nos? Itē ſapiētie xiiij. Inſanie plenas vigilias habentes. neq vitam neq nuptias mūdas iam cuſtodiūt. Unde Seb. brant. Stultus p plateas nocturno tempore currit: Carmen et excluſus flebile cantat amans. Ordo hic eſt: Iuuentus. id eſt multitudo iuuenū ſtulta nec metuit fatū. id eſt mortē iminentē vt in ſequentibus dicā: nec minas celi. i. aeris vtpote frigꝰ ⁊ imbres: aut dei celeſtis contra cuiꝰ ordinem facit de tenebris lucē et de luce tenebras: modo. id eſt dūmodo cantet amēs. i. furens. O lydia. ſ. amica vt eſt apud horatiū: dormis tu lōgas noctes: me tuo. id eſt qui ſum tuus pereunte?

R Eſpice ſtulte: nigre diuerſa pericula noctis
Qđ ſpaciū tectis ſublimib⁹: vn̄ cerebrum
Teſta ferit: quoties rimoſa & curta feneſtris
Uaſa cadant in te: poſſis ignauus haberi
Et ſubiti caſus improuidus: ad cenam ſi
Inteſtatus eas: adeo tot fata: quot illa
Nocte patent vigiles: te pretereunte feneſtre.
Ergo optes votūq; feras miſerabile tecum:
Ut ſint contente patulas effundere pelues
Nec tamen hoc tantum metuas nam qui ſpoliet te
Non deerit clauſis domibus: poſtq̄ omnis vbiq;
Fixa catenate ſiluit compago taberne.
Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem
Dum tu intempeſta cantas ſub nocte puellas.

R Eſpice ꝛc. Carmē ē paucis mutatis: iuuenalis saty. iij. quo pti cula nocturna ꝯmemorat: qđ ideo adduxim⁹ vt nocturnos ſtultos auertam⁹ a ſtultis excur ſib⁹. Ordo eſt. O ſtulte reſpice diuerſa picula (cōmemorat ei lōge plura ibidē satyric⁹) noctis nigre. i. caliginoſe ſub qua cū nemo internoſcat nemo tutus eſt: reſpice ī quā quod. i. quale ſpaciū ſup. ſit: tectis ſublimib⁹: vn̄. i. de q̄b⁹ teſta. ſ. pcipitata ferit. i. ꝯcutit cerebrū. ſ. pterire volētis: ꝛ reſpice q̄ties vaſa rimoſa. i. hn̄tia rimas multas ꝛ fiſſuras. ꝛ curta. ſ. ablata pte: cadāt in te feneſtris. i. de feneſtris aut per feneſtras. poſſis haberi. i. reputari ignau⁹ ꝛ improuid⁹ caſus ſubiti: ſi eas inteſtat⁹. i. priuſq̄ feceris teſtamētū tuū: ad cenā quāto igitur magis vbi totā noctē diſcurſurus abis. Adeo. i. intantū ſup. ſunt tot fata. i. gn̄a mortis: quot feneſtre vigiles. i. apte vt ſunt vigilātiū oculi: aut in quibus ſunt vigiles: patēt te ptereunte. Ergo optes. ſ. merito: ꝛ feras tecū votū. i. deſideriū: miſerabile: vt ſcʒ ancille aut feneſtre: ſint cōtente effūdere ī te pelues patulas. i. ſemp patētes: ꝛ ſup. nō pijcere ipſas pelues aut teſtas. Nec tn̄ metuas. ſ. merito tm̄ hoc. nā is qui ſpoliet te nō deerit. i. pſto erit domibus clauſis. i. poſtq̄ dom⁹ erūt clauſe: ꝛ poſtq̄ oīs cōpago. i. cōſolidatio ꝛ clauſura: taberne. i. apothece: aut repoſitoriū rex venaliū: aut etiā vt nunc caupone: dr̄ aūt a tabulis: eſtq; ad res vendendas ex tabulis compacta ſtatio: catenate. i. claudi catena oēs tabulas cōtingente ſolite: ſiluit fixa. i. firmiter clauſa vbiq;. Graſſator ſubitus. i. violent⁹ ſicarius ſubito adoriens: agit interdū rem. ſ. intentā. i. necē ferro: dum tu cantas puellas aut puellis nocte intempeſta. i. ſub qua nihil tempeſtiue fit.

## De iis qui propria negligunt et aliena curant



Stultus ad alterius preceps incendia fertur
Neglectiſq; ſuis ſedat flãmas alienas
Vir prudens fratri ſic conſulit atq; propinquis
Vt ſibi proſpiciat. quia proximus eſt ſibi quiſq;.

Stult⁹ rc. vt in tytulo patet. Satyra hec ſcribit in eos qui ꝓpria negligunt ⁊ aliena curant: q̃ certe plurimi ſunt: cũ tñ charitas a ſeipa icipiat. nã qḋ ſcriptũ eſt ordinauit in me charitatẽ: ſic quidã intelligũt: vt verus ordo ſit vt ſupra oĩa diligam⁹ deũ: ꝑ quẽ ſum⁹ ⁊ cõſiſtim⁹ deiñ nos ⁊ tũ proximũ vnde et Terenti⁹ in andria. ꝓximus ſum egomet mihi. Ordo eſt. Stultus fert preceps. i. precipitanter ad incendia alteri⁹: ⁊ ſedat. i. extiguit flãmas alienas: neglectis ſuis. i. ꝓpriis. Vir prudẽs ꝯſulit. i. ꝓſpicit ſic fratri atq; ꝓpiquis: vt ꝓſpiciat. i. prius cõſulat ſibi: q2 quiſq; ẽ ꝓxim⁹ ſibi. Et vt dicit charitas a ſe incipit. vñ eſt illud. Miſerere anime tue placẽs deo.

Cur ville alterius reſtinguis fõtibꝰ ignem?
Ecce tuas edes deuorat ignis edax.
Cũq; tui ſitiãt rapidis ſub ſolibꝰ agri:
Cur ſtolide alterius prata rigare paras?
Si ſapis atq; tuis rebus male conſulis ipſe:
Te nolim rebus conſuluiſſe meis.
Si tua res agitur paries dũ proximus ardet:
Cuius res agitur dum tua tecta crepant?
Ipſe tuis rebus bene cõſule: deinde alienis:
Utilis eſt nulli qui ſibi adeſſe nequit.
Dulce quidẽ eſt curis alienũ auertere caſũ:
Sed ſtultũ eſt proprium nõ fugitare malũ.

Cur ville alterius. Inuehimur in eos ꝗ aliena curant et ſua negligũt. In quos multa habent̃ In l. culpa eſt. ff. de re. iu. Et in ca. non eſt ſine culpa de reg. iu. lib. vi. Inter ꝗ ſunt Agris tuis ſitientibus alieni irrigandi non ſunt. vñ illð ꝓuer. ix. Si ſapiẽs fueris tibimetipſi eris. ſi autẽ illuſor: ſolus portabis malũ. Differt aũt hic titulus ab illo vbi dictũ ẽ medice cura teipſũ. q2 hic reprehendunt̃ qui ſua cõmoda negligunt et aliena procurant. illic qui ſua vitia non vident ⁊ aliena perſpiciunt. Ordo eſt: cur o ſtolide reſtringuis fontibus ignẽ ville. id eſt quo comburitur villa hoc eſt domꝰ ruſtica alteriꝰ? Ecce. q. d. ſi neſcis ignis edax: deuorat tuas edes. ſcilicet vrbanas que tibi magis cordi eſſe debẽt. Et cum agri tui ſitiant. i. ſiccitatẽ patiantur. ſub ſolibus rapidis: cur paras rigare prata alterius. ſi tu ſapis. id eſt ſapiens es: atq; ipſe: id eſt tute conſulis. id eſt proſpicis male rebus tuis: ego nolim te conſuluiſſe rebus meis quia Qui ſapiens ſibi ipſi prodeſſe nequit: nequicꝗ̃ ſapit. Si: vt inquit horatius in epiſtolis: res tua agit̃: dum paries proximus ardet: dic ſup. cuiꝰ res agitur dum tecta tua crepãt. id eſt crepitum dant dum regule diſſoluũtur igni? Ipſe. id eſt tu conſule bene rebꝰ tuis: et deinde alienis. Is qui nequit adeſſe. id eſt auxilio eſſe ſibi eſt vtilis nulli. Eſt quidẽ dulce. i. vtile et iucũdum. ſicut apud maronem in buco. Dulce ſatis humor ⁊c. auertere caſum alienum. id eſt proximi tui: ſed eſt ſtultum. id eſt pertinet ad ſtultũ: nõ fugitare. id eſt non frequenter effugere: aut fugare (nam ab vtroq; poteſt deduci. Et vtriuſq; ſignificatio loco congruit. fugimꝰ enim mala que vincere nequimus: ſed fugamus dum potentiores ſumus) malum. id eſt incommodum proprium vt eſt malum pene: nam de malo culpe prius diximus



Quē ſepe ingratū cognouit. multa precantē
Ruſticus hunc colapho: vir grauis ore fugat.
Ingrato nulla eſt: partho cenſore: putāda
Turpior: atq; probo res minus apta viro.

¶ Inuehitur hocc armen in ingratos: tam dĩs q̄ hoīb⁹ inuiſos. Siquidē ingratitudo exiccat oēm fontē bonitatis. vñ apd perſos authore herodoto nullum vitium exiſtimabat capitalius. Ea autē pena vulgo mulctantur ingrati: q̄ q̄ dñ veniam aut beneficium etiam ſepe orāt: exorēt nūq̄. Sed qz in ſequentibus plura dicā. Ordo eſt explanatio hic eſt Ruſticus id eſt vir du rus et agreſtis qui ſecundū virgiliū nō miſerat egentem fugat colapho. i. fuſte aut baculo hunc quē precantē multa. i. multū. cognouit ſup. fuiſſe ſepe ingratum: Et vir grauis fugat. id eſt pellit a ſe hunc. id eſt talem: ore. i. verbis ab ore prolatis.

Fertiliū ſimiles grati viuamus agrorum
Etq̄ cōtulerint in nos re feramus amicis
Longe plura bonis: memori nā reddere mente
Dignius ingenuo nihil eſt neq; pluris habendum
Hec ſiquidē fidos parit ⁊ cōſeruat amicos.
Hec facit officijs multos certare priores
Hec fontes aperit bonitatis: ⁊ omnia pandit.
Scrinia: nec dignos permitit rebus egere.
Omnia que videas ingrato pectore verti.
Nec tantum gratis in te collata repones
Uerum etiam miſeris mercedem ac iuſta laboris
Premia perſolues vbi tranſijt hora diei.
Nec maneat tecum ſub craſtina tempora merces.
Nam neſcis an ſit tibi craſtina lux oritura.

Fertiliū ⁊c. Sicut atteſtat cicero i lib. officior hesiodus iuſſit in beneficijs reddendis imitari agros feraces: q̄ longe plus q̄ acceperint referunt. Ingratitudo eni ē ille ventus exurēs ⁊ deſiccās fontē oīs bonitatis. Sz vt rē notā paucis abſoluā Ordo eſt. Uiuam⁹: vt inquit heſiodus grati exiſtētes ſiles agror fertiliū Et referam⁹ lōge plura amicis bonis. i. bn̄ficis. q̄ ſup. ipi cōtulerit in nos . i. q̄ liberalit aut ītuitu pietatis nobis dederit. Nā nihil ē digni⁹ īgenuo. i. libero hoīe: neq; habēdū. i. eſtimanduz pluris: q̄ reddere mente memori ſi deſit facultas referendi. Siquidē. i. quoniā hec. ſ. gratitudo mentis: parit . i. acq̄rit ⁊ cōſeruat amicos fidos. hec ſcz eadē facit multos certare officio priores. ſ. q̄ qui referant q: qui ſe in vnū oſtendit gratū: multos inuitat ad bene faciendū. hec etiā aperit. fontes bonitatis: ⁊ pandit. i. reſerat omnia ſcrinia: nec permittit dignos egere reb⁹: q̄ oīa videas. i. quilibet videat verti. i. īmutari aut ꝯuerti: ingrato pectore. i. ꝑ ingratitudinē. nec repones. i. ꝑſolues tm̄ collata in te gratis. i. ſine ſpe retributionis: verū etiā ꝑſolues miſeris. ſ. mercennarijs mercedem ac iuſta premia laboris vbi. i. poſtq̄ hora diei pertranſijt. i. finito labore diurno. Ūn̄ ſcriptū eſt. Quicūq; tibi aliquid operatus fuerit ſtatim ei mercedē reſtitue. Et merces mercēnarij tui apō te oīno non remaneat. vnde addo. Nec merces maneat tecū ſub. i. vſq; ad tempora craſtina Cauſam affero: nam neſcis an lux craſtina ſit oritura tibi. Unde horatius: vt prius citaui. Quis ſcit an adijciant hodierne craſtina ſumme tempora dij ſuperi.



Dulce modo ſtulto eſt quod coxerit ipſe polenta.
Nec videt in ſpeculo quod ſe ſit pulchrius ipſo.
Qui ſibi diſpliceat vix eſt tepibilis vſq̄.
Cum tamen in ꝓprio videat facto bene nemo.

Scribit in eos qui ſibi placent ꝛ ꝓprie prudentie innituntur cõtra illud ꝓuer. iij. Ne innitaris prudentie tue. Quod opportune precipitur: qꝛ facile cũ valemꝰ recta cõſilia egrotis damus: in ꝓpriis aũt factis oẽs cecutimꝰ et rariſſimus eſt qui errorẽ ſuũ agnoſcat. Nã ſtulti nõ pñt agnoſcere: ꝛ prudentes nõ pñt agnitum diſſimulare. Ordo hic eſt. Polenta .i. illud genus decoctionis qḋ fiebat olim ex farre (Dicit aũt hec vel hoc polenta. vñ ouidius dulce dedit teſta qḋ coxerat ante polenta) eſt mõ .i. ſolũmõ dulce ſtulto qḋ ipſe coxerit. Nec videt in ſpeculo quicq̄ pulchriꝰ ſe. vñ Vix eſt tepibilis vſq̄: qui diſpliceat ſibi: cũ tñ nemo videat bene in ꝓprio facto.

S Tulte putas nihil eē bonū niſi coreris ipſe
Ah quantis curis mens tibi turget iners
Cur tibi ſtulte places ſine riuali ſpeculans te
Ut formoſa putat pignora bubo ſua:
Scilicet ad nutū quod ceperis omne geretur:
Nec proprijs ſenſis incubuiſſe gemes.
Fonte ſui vitreo perijt narciſſus amore:
Ut nimis alta petens icarus arte ſua:
Et ſalomoniades iuuenum conſulta ſecutus
Cum proprijs populum perdidit innumerum:
Ergo tuo inniti caueas prudentie oportet:
Si rerum letos queris habere modos.

S Tulte ꝛc. Scribit vt dixi in eos q̄ cōtra pſcriptū ſapientis et etiā.c. ne innitaris de cōſt. prudentie ſue innitunt: ſui videlʒ et ſuorū amatores: quos ſepe infelix manet exitus: vt fabule ꝑ narciſſum iuuenē aliene forme cōtemptorē ꝛ ſue amatorē depingunt. Nam ſe videns in fonte: ꝛ ſui amore ignorans captus cū potiūdi facultas nulla eēt amore languēs in margine perijt ꝛ in florē ſui nōis conuerſus fingitur. Ordo eſt. O ſtulte putas nihil eſſe bonū.i. nullū cibuʒ eſſe ſuauē ꝛ vtilē: niſi ipſe.i. tu coreris ſup.ipm. hoc eſt putas nullū opus laudabile niſi qđ tute feceris. Ah quātis curis turget.i. inflat tibi mens iners.i. ſine arte imprudens q2 multi dicētes ſe ſapiētes eē ſtulti facti ſūt: roma.i. o ſtulte places tibi ſine riuali.i. ſine coamatore. hoc eſt tibi ſoli: ſpeculās.i. cōtēplās te in ſpeculo: vt bubo putat ſua pignora.i. pullos ſuos adhuc implumes q̄b9 nihil ē difformius eſſe formoſa. Scilicet.i. ſcire licet cur tibi placeas ꝛ eſt ironia: oē qđ ceperis.i. īceperis gerēt tibi ad nutū: nec gemes.i. nō dolebis: incubuiſſe.i. innixus fuiſſe: ſenſis.i. ſententijs ꝛ cōſilijs ꝓprijs. Narciſſus puer formoſus: q2 ſibi ꝯplacuit: perijt amore ſui.ſ. ipſius in fonte vitreo.i. vitrei coloris more vitri pellucido. vt ſup. perijt icar9 fili9 dedali petēs arte ſua.i. cōſilio ſuo cōtra edictū patris: nimis alta q2 vt fabule habent cū volaret ceratis alis reſoluta cera ꝑ calorē ſolis aut nimiū motū in mare cecidit: atq3 ita Icarus icarias nōie fecit aquas. Et ſalomoniades.i. filius ſalomonis roboam. ſecut9 cōſulta iuuenū ꝛ nō ſeniorꝫ vt habetur.ij. Parali.x. cū ꝓprijs.ſ. cōſultis ꝑdidit innumerū populū qui ab eo defecit ad hieroboam. Sane metri gratia dr̄ ſalomoniades: ſicut a vergilio amphitrioniades ꝛ laomedontiades ꝛc. Ergo ne des penā temeritatis oportet caueas inniti prudentie ꝓprie: ſi queris habere letos modos.i. exitus rerum. Nam modus etiam finem ſignificat.

# Vt oīs potentatus breuis vita



Ecce iterum ad partes mihi ſunt fera monſtra vocanda

Quę ſęua exercent cędibus imperia

Nec ſuperos metuunt: nec ꝓxima fata verentur:

Dum teneant dubię ſcamna ſuprema rotę.

¶ Carmē hoc elegiacū ſcribit᷑ in potētes huiꝰ mundi: ⁊ potiſſimū in tyrannos q̄ tantopere affectant īperia tam breui ⁊ tam incerta poſſeſſione tenēda. Quia, vt dr̄ iob. xv. Cūctis diebus ſuis impius ſuperbit: ⁊ numerus annoꝝ incertꝰ ē tyrānidis eius. Sonitus terroris ſemꝑ in auribꝰ illiꝰ: ⁊ cum pax ſit ille ſemper inſidias ſuſpicat᷑. Et paulopoſt. nō ditabit᷑ nec ꝑſeuerabit ſubſtantia eiꝰ: nec mittet in terrā radicē ſuā. Anteq̄ dies eiꝰ īpleant᷑ ꝑibit: ⁊ manꝰ eiꝰ areſcent. ⁊ cap. ſequēte in ꝑſona ſua dicit iob. Ego ille quondam opulētꝰ repēte ɔtritꝰ ſum ⁊c. De quibꝰ ī ſequētibꝰ plura. Ordo autē hic eſt. Ecce. q. d. ꝓter ſpem: ⁊ ē imitatio iuuenalis: monſtra fera. i. feroces ⁊ mōſtroſi hoīes: q: facie humana ⁊ aīo ferino: ſunt mihi iterū vocanda ad partes. ſ. ſatyre. Cetera patent.

Multoꝝ p̃ecipitat ſubiecta potentia magne
Inuidie: mergit lõga atq; inſignis honoꝝũ
Pagina: deſcendũt ſtatue: reſtẽq; ſequuntur.
Ipſas deinde rotas bigarũ/ ĩpacta ſecuris
Cedit: et ĩmeritis franguntur crura caballis.
Iam ſtridũt ignes: iam follibus atq; caminis
Ardet adoꝛatũ populo: et caput arte ſuperbũ.
Quid craſſos quid pompeios euertit: et illum
Ad ſua qui domitos deduxit flagra quirites?
Summus nempe locus nulla nõ arte petitus:
Magnaq; numinibus vota exaudita malignis.
Ad generũ cereris ſine cede et ſanguine pauci
Deſcendunt reges: et ſicca moꝛte tyꝛanni.

MUltos precipitat ⁊c. Carmẽ hoc fere ẽ Iuuenal' ſatyra .x. ĩmo totũ p̃ter p̃mũ xbũ p̃mi xſ' loco cui' h; ille q̃ſdã: et duo vltima ſeptimi xſ' q̃ nr̃a ſunt. Scribit aũt ĩ eos q̃ huius mundi dominatũ tãtope q̃rũt: cũ tñ fluxa ſit et piculoſa ei' poſſeſſio vt cũ ordĩe patebit q̃ talis eſt. Potẽtia ſubiecta magne ĩuidie: q: ſũma petit liuor: p̃cipitat. i. deorſũ proijcit multos: et lõga ⁊ ĩſignis pagina. i. cõpago ⁊ cõtinuatio honorũ: mergit. i. obruit et deſtruit multos. ſtatue. ſ. triumphales erecte ĩ honorẽ ipſorũ deſcẽdũt. ſ. detracte p aduerſarios aut ĩuidos: et ſequunt reſtẽ. i. funẽ qua deorſũ trahũt. Deĩde poſtq̃ ſtatua triũphalis ſedẽs ĩ curru ĩaurato deiecta eſt: ſecuris ĩpacta. i. firmit ĩcuſſa cedit. i. ĩterſecat: ipſas rotas bigarũ. ſ. triũphaliũ. crura frãgũt caballis. i. eq̃s ſup bis bigas trahẽtib' vt ẽ in ſculpturis ⁊ celaturis: ĩmeritis. i. q̃ nihil tale meruerũt cũ erei aut lapidei ſint. Ignes ſtridũt iã. ſ. vbi oĩa demolita ſũt: ⁊ caput. ſ. ipſi' triũphatoris vt ſeiani. adoratũ. ſ. pp̃lo rõano. i. veneratũ: ⁊ ſuperbũ arte. i. artificioſe effictũ: ardet iã follib' atq; caminis. i. adhibitis fornacib'. Quid euertit craſſos. ſ. ditiſſimos ⁊ potẽtiſſimos apd̃ romanos; aut domũ craſſi q̃ a pthis occiſ' ẽ: ſicut enei. ij. Iã pxim' ardet Vcalegon i. dom' ei': q̃d euertit põpeios. ſ. Gneũ põpeiũ magnũ a ceſare deuictũ. ⁊ filios ei' deuictos ptim a ceſare ptim ab auguſto: ⁊ q̃d euertit illũ. ſ. notiſſimũ iuliũ ceſarẽ: q̃ deduxit. i. ꝯpulit: q̃rites. i. romanos: domitos. i. ſubactos a ſe: ad ſua flagra. i. lora et flagella more ſeruoꝝ ſuſtinẽda. Reſpõdet. Nẽpe. i. nõne certe: ſũm'. i. altiſſim' loc' petit' nulla nõ. i. oĩ arte. i. aſtu: ⁊ magna vota exaudita numinib' malignis. i. ipſis nõ fauẽtib': q: exaudiuerũt ad votũ nõ ad ſalutẽ. Pauci reges. ſ. legitimi et pauci tyrãni. i. occupatores libertatis aliene deſcẽdũt ad generũ cereris. i. ad plutonã maritũ pſerpine filie cereris: ſine cede et ſanguine ⁊ morte ſicca. i. incruenta.



Potibus atq; cibis et cantibus atq; ſopori
Interdū et veneri iuuat indulgere procaci.
Cū nihil eſſe putent hoīes alimēta miniſtrāt
,, Parta ſuis manibus: partūq; laboribus aſſem
,, Ignauo impendunt: hiſq; artibus ībuo natos.

¶ Scribit ī iprobos medicos in quos ſic brant. Tot medicoꝝ cerno fraudeſq; doloſq; Ut merito hos fatuis grādibꝰ accumulē. Eſt eñ eoꝝ fatuitas pniciosa: vt in ſequētibꝰ dicā: qꝛ plerīq; fures ſunt. Ordo autē eſt iuuat inquit medicꝰ ſup. me idulgere potibus atq; cibis ꝛ cātibꝰ atq; ſopori. i. pfundo ſōno: et iterdū veneri procaci. id eſt aut vxori laſciue: aut luxurie. Et hoīes cū putent nihil eſſe miniſtrāt alimenta parta. id eſt acquiſita ſuis manibus ꝛ impendunt mihi ignauo. id eſt inutili ad laborē: aſſem. id eſt nūmū partū laboribꝰ. et imbuo. id eſt inſtituo natos his artibus.

Fraudibꝰ atq̃ dol' mēdica ꝓpago malignis
Dedita: ſtultiferis poteris cōſidere trāſtris
Scilicet iualidos mētitur vir piger artus
Et vinoſa pigrū cōiunx comitatur aſellum
Cui cophini pueris delaſſant terga cibiſq̃
Nec natos alio cupiūt incedere calle.
Sicq̃ ſtipē miſeris dignā furantur egenis
Atq̃ dies peragūt craſſos: nec numina curant
Nec curare deū credūt moꝛtalia quēq̃
Sed ſero noſcent reddenda talenta peracti
Tempoꝛis: atq̃ cibi: cū roboꝛe diſſimulato.
Cui des ergo vide: ne reddas deterioꝛem.

Fraudibus atq̃ dolis ꝛc. Scribit ĩ mēdicos (vt dixi) ĩpꝛobos in q̃s plura hñt C. de mēdi. vali. li. xi. ꝛ. v. q. v. nō oīs ꝛ lxxxvi. di. c. paſce. Inter q̄ hētur. Illiꝰ eſurienti panis tollit: ſi de cibo ſecurus iuſtitiā negligat: q̄ eſurienti panis frāgat: vt iniuſticie ſeductus acq̇eſcat. Sed q2 illa nota ſunt: vt ꝛ nr̄a ĩnoteſcāt Oꝛdo cū explanatiōe eſt. Propago. i. ꝓgenies: mēdica. i. mendicans: dedita. i. penitꝰ addicta fraudibꝰ atq̃ dolis malignis. i. aīo malo factis: q2 ſūt doli nō maligni et ꝑnicioſi: vt qui ꝓſunt ei cui fiunt. vt medicoꝝ. poterit cōſidere. id ē accipe ſedē: tranſtris. id eſt marginibꝰ nauiū per quas tranſit. ſtultiferis id eſt ferētibus ſtultos. Scilicet. id eſt ſcire licet cur id dicā: vir piger nolēs operari: mentitur. id ē mēdacit aſſerit ſibi: artus ĩualidos. id ē mēbꝛa impotentia. Et coniunx. ſ. illiꝰ: vinoſa. i. multū indulgēs vino: comitatur aſellum pigrū ꝓpter onꝰ et ex natura. Cui. ſ. aſello cophini. id eſt coꝛbes delaſſant. id eſt defatigant terga pueris et cibis. Nec. ſ. mendici cupiunt natos. ſcilicet ex ſe incedere alio calle. id eſt viuere alio modo. Et ſic. id eſt hoc modo furantur: ſtipē. i. eleemoſynā dignā. id eſt debitam miſeris egenis Atq̃ peragunt dies craſſos. id eſt voluptuoſos. nec curāt numina. id eſt deū qui nutu oīa peragit. Nec credunt quēq̃ deū. id eſt deoꝝ curare moꝛtalia: eo q̄ impune tantos dolos inſtruunt. Sed ipſi noſcēt. i. cognoſcent ſero. id eſt nimis tarde: vtpote poſtq̃ ablatū erit tempꝰ penitētie ſalutaris. talenta. id ē grauia pondera ſeu exactam rationē tempoꝛis: atq̃ cibi peracti: quia qui de alieno viuunt rationem reddere cogentur. Cum roboꝛe diſſimulato. id eſt et ſimul roboꝛis diſſimulati: quia cum robur membꝛo tum habeant diſſimulant id eſt ſimulant ſe non habere. Igitur quia multi ſunt doloſi: Vide id eſt attende cui des: non pꝛopter amiſſionem dati: ſed ne reddas. id eſt efficias. ſcilicet accipientem. deterioꝛem.



Pręcipites vigilate ſophi tentoria fixit
Maxima ſtultitię conciliata manus.
En tenet imperio reges populoſq; ſuperbo.
Actū eſt de vobis ſi ſemel ingruerit.
Stultitię proceres hydrino ſanguine gliſcunt
At verus ſophię nullus amator adeſt.

¶Cohortant̄ ſophi.i.ſapientes ad reſiſtendum ſtultitie cuius ꝓceres hydrino ſanguine creſcunt.id eſt multiplicantur more capitū hydrie.qꝛ vno amputato ſuccreſcebant bina.Manus.id eſt multitudo bellatorum manibus promptis predita Actum eſt de vobis.id eſt periſtis ſi ſemel ĩgruerit: id eſt violentum impetum fecerit: quia nullus verus amator ſophie.id eſt ſapientie adeſt.id eſt ipſi auxilio eſt.

Plurima terrifico tonat inſipientia bombo
Quo trepidant celi: p̄ceps cadit aere ſūmo
Ales: et in nulla perſtant animantia terra:
Juppiter ille patrē qui vi meritiſq; ſubegit.:
Quiq; gignateos fregit virtutibus auſus
Attonitus tanto (q̄q̄ tonat ipſe) tumultu:
Concilium diuum vocat in penetralia celi.
Et ꝓcul: o ſuperi: que nunc (ait) ethera virtus
Proteget: haud vno bello renouatur ab hoſte:
Infinita manus bellum exitiale minerue
Quam cerebro effudi parat: huic ſuccurrite diui
Stultitieq; minas paribus contundite telis.

Plurima ⁊c. Queadmodū res eſt fictitia: vtpote de dn̄io ſtultitie: ita placuit carmen fingere nouū: ⁊ vt i fictitijs ſolem⁹ ſatis turgidū ⁊ īflatū: q: fictitia maiore vultu et pleniore voce q̄ v̄a pſequimur. Sz ne multis īmorer. Ordo eſt. Inſipientia q̄ nūc dn̄atur in mundo: tonat. i. in morē tonitrui ſonat: bombo. i. ſonitu terrifico quo celi trepidant. i. ſubito metu cōcutiunt (qđ hyꝑbolicos dictū ē) ⁊ ales vt aquila nequiens cōſiſtere cadit p̄ceps ſup. ab ethere ſūmo. Quia ex hyſtorica fide cōptū habem⁹ nō nonnūq̄ tm̄ fuiſſe conclamantiū impetuz: vt eorū ſonitu fiſſus aer aues ſuſtinere nequiuerit. Juppiter ille. ſ. notiſſimus ex fabulis: qui ſubegit patrē. ſ. ſaturnū quē expulit regno vi. i. violentia: ⁊ meritis: q: melior ē iuppiter nobis q̄ ſaturn⁹: ⁊ qui fregit. i. cōtudit: v̄tutibus. ſ. ſuis: aut celeſtib⁹ auſus gigāteos. i. ipoꝝ gigantū in bello giganteo exiſtens attonitus. i. ſtupefact⁹ quaſi tonitru ꝑculſ⁹ (qđ q: in ipm̄ nō videt cadere poſſe: addo q̄q̄ ipē tonat. i. ſit tonitrui author) tāto tumultu q̄tum facit ſtultitia vocat cōciliū. i. cōgregationē diuū ꝓ diuoꝝ: ī penetralia. i. ſecretiſſima ⁊ intima loca celi. Et ait ꝓcul. i. cū adhuc eſſet ꝓcul: qđ ſignuz ē ꝯturbati animi ex inopinato caſu: ait o ſupi. i. dij celeſtes: q̄ virtus ꝓteget. i. defendet: nunc celū. i. celeſtes. Bellū renouat. i. inſtaurat ⁊ denuo fit. prius enim a gigantib⁹ factum fuerat: ab hoſte non vno. i. non vnius generis vt olim a ſolis gigantibus. infinita manus. ſ. ſtultoꝝ: q: ſtultorū infinitus eſt nūer⁹ parat. i. p̄parat. ⁊ intēdit minerue. i. dee ſapientie: bellum exitiale. i. mortale. Stultitia enī vellet funditus delere ſapientiam. Quam. ſ. mineruam ego effudi. i. edidi: cerebro. ſcz meo. Dicitur enim minerua ex cerebro iouis nata: q: ſumma pars etheris ingenio conferre putatur. O diui ſuccurrite huic. ſcilicet filie mee minerue ⁊ cōtundite telis paribus. i. eque potentibus: minas ſtultitie.



Frontem de rebus clames merito periſſe
Si minus expertus medicus dare pharmaca mandat
Aegrotis:tamen hæc multos veſania vexat
Qui vix callentes medicę primordia curę
Quando impune datur:ſine fronte necant patientes.

Carmē hoc inuehit in medicos indoctos ⁊ inexptos:qui vt in eorum ē adagio:putātes ꝑ bene veſtiri:pulchre mētiri.audacter interficere:medicū ꝓficere:quoꝝ neq̃ ſciētiā neq̃ expiētiā hñt:adhibent egrotis medicamina que res nō tā egrotis vitio dāda ē q̃ medicis:potiꝰ enī medicus a ſe q̃ ab egroto debeat cognoſci.Ordo eſt.Tu clames merito:frontē.i.verecūdiaꝫ periſſe de rebus ſi medicus:minus.i.non ſatis expertꝰ.i.pitꝰ mādat dare egrotis pharmaca.i.medicamenta.tñ hec veſania vexat multos:qui vix callentes.i.callide ſciētes primordia cure medice:qñ.i.qñquidē dat ſup-eis ipune.i.ſine punitione:ipſi necant ſine fronte.i.verecundia patientes

Quamuis ſupremi deſcendat cardine celi
Nataqꝫ ſupremo ſit medicina patre:
Et q̄uis multo ſit dignus honore peritus
Antiſtes phebi: dummodo fraude vacet:
Attamen innumeros nutrit medicina nephandos
Et reprobos ſtultos qui nihil artis habent.
Nilqꝫ tenent frontis: tantundem et cordis: at oris
Et lingue: quantum ſat tibi ſtentor erat.
Ergo interficiunt populariter hūc ſimul illum
Idqꝫ impune putant ſe quoqꝫ ferre deo.
Stulte quot occidis culpa: vel neſcius artis:
Tot cogere deo pendere ſupplicia

Quāuis ſupremi. Capit medic⁹ indoctus qui artis expers audacter interficit: eo φ īpune id facere videt de q̄ rc videndum eſt inſti. de le. acqui. īpitia. ⁊ ff. de. re. iu. īpi. ⁊. xxix. diſ. c. fi. int q̄ ſic habet. Licet medico euent⁹ mortalitatis imputari nō debeat: ei⁹ tn̄ impitia ānumerat culpe ſi ſeruū male ſecuerit aut ꝑperā ei medicamentū dederit. Solis igit medicis īpune hoīem occidiſſe fas eſt Teutones aūt q̄ latine ſciūt fere in ore hñt illud vulgatū. A medico indocto a cibo bis cocto: ⁊ praua muliere libera nos dn̄e. Sane ſi in foro ciuili medici admiſſi ſeu vt dicūt licētiati īpune occidūt: tn̄ in foro cōſcientie ſi temerario auſu q̄ſe nō didiciſſe ſciūt ꝓfitēt ⁊ ita egrotos q̄ ſine medico ꝯualuiſſēt occidūt: nō abſoluēt. Principiū carmīs nr̄i ſūptū eſt ex illo. Eccli. xxxviij. Honora medicū ꝓpt neceſſitatē: Eteni illū creauit altiſſim⁹. A deo eſt oīs medela: ⁊ a rege accipiet donationē. Diſciplina medici exaltabit caput illius: ⁊ in cōſpectu magnatoꝝ collaudabit. Altiſſim⁹ creauit de terra medicinā: ⁊ vir prudēs nō abhorrebit illā rc. Ordo eſt. Quāuis medicina deſcēdat cardine. i. a volutione q̄ fit in cardine: ſupremi celi: q2 a deo eſt oīs medela: ⁊ q̄uis ſit nata patre ſupremo: q2 altiſſim⁹ creauit eā. Et q̄uis ātiſtes. i. ſacerdos aut p̄ſes: phebi. i. inuēti a phebo. hoc eſt medicine. Nā apollo dicit meta. i. inuētū medicina meū eſt: hoc eſt doctor medicine: pit⁹. i. expt⁹ ī arte ſua ſit dign⁹ multo honore: q2 accipiet a rege donationē: ⁊ in cōſpectu magnatoꝝ collaudabit: dūmō vacet. i. inūd⁹ ſit fraude. Attn̄ medicina nutrit inūeros ſtultos nephādos. i. deteſtabiles: ⁊ reprobos. i. reprobādos: vt pote q̄ nihil hñt artis: ſꝫ ſolū nomē: ⁊ tenēt nil frōtꝭ. i. verecūde ⁊ tādūdē. i. nihil cordis: i. pietatis at ſup. tenēt oris ⁊ lingue. i. loquacitatis ⁊ arrogantie ſup. tm̄: quātū erat ſat, tibi o ſtentor de quo prius dixi. Ergo q2 lex patit: ipi occidūt popularit. i. vulgo hūc ⁊ illum: ⁊ putāt ſe ferre id impune quoqꝫ. i. etiā deo: ſicut ferunt legib⁹: ſed errant. vnde addo Stulte rc.



Scande repens aſinum mulier furioſa pigellum
   Aut teſtudineo pergere diſce gradu.
Tu ſiquidem multo grauiori percita bile
   Exuperas ſubiti bella minaſq; viri.
Quis tecum incolumi poterit reſidere cerebro:
   Hircanam laceres bile tumente feram.

¶ Scribit in irã muliebrē: nã de virili pri⁹ habitū ē. De hac autē dicit. puer. xxi. Meli⁹ ē habitare in terra deſerta q̄ cum muliere rixoſa et iracūda. Et eccli. xxv. Cōmorari leoni ⁊ draconi plus placebit q̄ habitare cum muliere neq̄. Breuis oīs malitia ſup malitiā mulieris. Et ideo moneo ſcandat aſinū aut ſequat limacē ⁊ moderet ire. Incolumi cerebro: aut non furioſo aut non diſſipato. hircanam feram. i. tigrim.



Qui ſtultū irritat puerū vel laceſſit ad irā
Et tolerare nequit verbera: verba: iocos:
Sed ruit ad capulū pręceps: is ſtultior illis.
Calletę turpi mox comes ire parat.

¶ Scribitur in eos q̄ ludū aut iocū intelligere nolūt: et tamen non ceſſant pueros et fatuos irritare ⁊ ꝓuocare ad irā: et cum ab illis aut verbis aut verberib⁹ obiurgantur mittunt manū ad capulū. i. manubriū gladij: et ita tandē euadūt ſtultiores illis. Vir itaq̧ probus et prouid⁹ nō iocabit cum non intelligentibus iocum: nec prouocabit pueros. ſtultos. ebrios aut mulierculas ad iram. Calletta notus eſt fatuus omnibus Parrhiſianis pueris ludibrio multos annos habitus Eſt autē immundus inde turpē voco: quod ad animum relatū nolo: eſt enim expers rationis.



Te maris & ternę numeroq; carentis arenę
Menſorē cohibent archyta
Pulueris exigui prope littus parua matinũ
Munera: nec quicq̃ tibi prodeſt
Aerias tentaſſe domos aĩoq; rotũdũ
Decurriſſe polũ morituro.

¶ Carmen eſt horatij ꝑmo carminũ: ad archytã philoſophũ tarentinũ qui ſumm⁹ aſtrologus ⁊ geometra: in mari perijt. ſepult⁹ in littore iuxta matinũ apulie oppid. vñ ei nil profuit aſtrologia aut geometria Ordo eſt. o archyta parua numera. i. officia funebria ſeu ſepulcra ex pietate tibi collata: pulueris exigui. i. modice terre cohibēt. i. cõcludũt te menſorē maris ⁊ tre: et arene carentis nũero. ſ. noto: cohibēt dicit ꝓpe littus matinũ in apulia. Nec prodeſt quicq̃ tibi morituro: decurriſſe aĩo: id eſt ſcrutatum fuiſſe: domos aerias. i. celeſtes et polũ rotundum.

Deſpiciam qui ſcit quãto ſublimior athlas
Oībus in libya ſit mõtibꝰ: hic tñ idem
Ignorat: quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus: e celo deſcendit gnothi ſe auton.
Figendum et memori tractandum pectore: ſiue
Coniugium queras: ſeu ſacra in parte ſacerdos
Eſſe velis qui ſis: ad quid valeas: ſimul et que
Sit menſura tue virtutis ad illa gerenda.
Sultum eſt conari quod non poſſis adipiſci.
Et quod ꝙ minimũ tibi proſit ſi ſit adeptum.
Non queret iudex an terre noueris orbem:
Sed cum lege ſua nũ te cognoueris ipſum.

Deſpiciã ꝛc. Scribit (vt tetegi) in eos qui vana cura ↄmetiẽde terre diſtracti ſeſe negligũt imo ẽt q̃ extra mũdũ ſũt tẽtãt. In q̃s dicit pliniꝰ li. ij. circa pricipiũ. Furor ẽ pfecto furor egredi mũdũ ꝛ tanq̃ interna eius cũcta iã ſint nota: ita ſcrutari extera. Quaſi vo mẽſurã illiꝰ rei poſſit agere: qui ſui neſciat: aut hoies poſſint videre q̃ mũdꝰ ipe nõ capiat: hec ille. Malui aũt hic ſimplicibꝰ vti verbis ꝙ varias mũdi ptes artificioſo carmine deſcribere: aut ſaltẽ ita tangere: vt ſine earũ declaratione ipe intelligi nõ poſſint. ne quarũ rex curioſita tẽ dãnẽ ipſe curioſus hẽar. Pricipiũ aũt ſũpſimꝰ ex iuuenalis ſatyra. xi. Cuius ordo eſt. Ego inquit iuuenalis. deſpiciã. i. cõtẽnã eũ ſup. qui ſcit: quanto: ſũt qui legãt quantũ: athlas mons ille: de quo maro enei. iiij. Occeani finem iuxta: ſoleq̄ cadẽtẽ. Vltimꝰ ethiopũ locꝰ ẽ: vbi celifer athlas axem humero torquet ſtellis ardẽtibꝰ aptũ: ſit ſublimior oībꝰ mõtibꝰ i libya. ſ. exñtibꝰ ꝛ tñ hic idẽ ignorat / quãtũ ſacculus. i. puꝰ ſaccꝰ pecuniariꝰ: hoc ẽ loculi: diſtet ab arce ferrata. i. ferro munita. i. q̃ ſic expẽdit in re tenui ac ſi eſſet ditiſſimus: ꝛ ita neſcit mẽſurã opũ ſuaꝝ. Gnothi. i. noſce ſe auton. i. teipm deſcendit celo. i. ex oraculo dei celeſtis. ſ. phebi acceptũ eſt: aut ei equale hitũ Nã ſũt q̃ velint chiloni lacedemonio cõſulẽti apollinẽ quidnã cẽt optimũ ſcitu: pythiã reſpõdiſſe noſſe ſe queq̄ qđ ꝛ plato cõfirmat. Pliniꝰ aũt vult illud dictũ chilonis vim oraculi habuiſſe ꝛ aureis litteris delphis in ſcriptũ: vt enĩ dion ſcribit in delphico tẽplo apollinis: viroꝝ ſapientiſſ moꝝ ſẽtentie ãnotari ſolebãt: vt tã prudentiũ viroꝝ pceptis ꝙ oraculis ↄſulẽtes iuuarent. Verba pliniana ſunt. lib. vij. talia. Rurſus mortales oraculoꝝ ſocietatẽ dedere chiloni lacedemonio tria pcepta eiꝰ delphis cõſecrando aureis lr̃is q̃ ſũt: noſſe ſe queq̄. Et nihil nimiuꝫ cupe. Comiteq̄ eris alieni atq̄ litis eſſe ſpõſionẽ. hec ille alij dicũt. miſeriã nõ ſpõſionẽ. Figendũ eſt q̄. i. q̃lis ſis: ꝛ ad q̃d valeas. i. vtilis ſis: ad illa. ſ. ad matrimoniũ aut ſacerdotiũ gerẽda ꝛc. Quod nõ poſſis adipiſci: q2 nemo hactenꝰ orbẽ terraruꝫ nouit cũ noſtris diebꝰ ignote inuente ſunt terre ꝙ plurime. Cetera patent.

Tria aurea chilonis dicta

# De ſtultis aſtrologis



Si qua voles ſortis prenoſcere damna future
Et vitare malum: ſol tibi ſigna dabit.
Sed tibi ſtulte tui cur non dedit ille furoris
Signa: aut ſi dederit cur mala tanda ſubis?
Nondum grammatice calles primordia: & audes
Vim celi radio ſuppoſuiſſe tuo.

¶ Si qua &c. Scribit in temerarios aſtrorum obſeruatores: et potiſſimum in in doctos: nam multi ſunt qui ne prima quidem elementa grammatices docti audent omnium naſcentium fata ponderare horoſcopos et geneſeis deſcribere: et aut leto aut triſti dierum exitui addicere: in quos lati ſunt ſacri canones: quos in ſequenti tangam. Uident autem tales aliorum infortunia: ſua non vident: cum nihil ſit intolerabilius quam talis ſeruitus. Sol tibi ſigna dabit. Id vergilius geor. i. Radio. Sic idem in buco. Deſcribit radio totum qui gentibus orbem. Tempora que meſſor que curuus arator haberet. Tuo radio. i. tuo calculo aut deſcriptioni.

ASpice(plus eteim̄ fati valet oꝛa benigni Aſtrologus
Ꝙ ſi te veneris cõmendet epiſtola marti).
Si bellare bono vis omine(diſtat eni que
Sidera te excipiant modo pꝛimos incipientem
Edere vagitus: et adhuc a matre rubentem)
Aſpice naſcenti que conſtellatio fluxit.
Nec niſi celoꝛū facies tibi iuſſerit: vllam
Indueris veſtē ſed nec curtaueris vnguē.

Sic tibi ſtulte iugū nulli tolerabile ſeruo Reph̄enſoꝛ
Inducis furijs et demone captus iniquo.
Libera non poterūt arbitria cogere celi
Nāqꝫ homo ſi fuerit ſapiens dominabitur aſtris.
Aſtra quidē alliciūt parentia coꝛpoꝛa: verum
Non cogūt aīos: nec eis aſſurgere fas eſt.

ASpice ꝛc. verba ſūt ex poetis ꝓ aſtrologiſ deprōpta: ſꝫ maioꝛ eſt authoꝛitas ſctōꝝ patrū: aſtroꝝ obſuatiões quãtū ad fata aut rerū ĩeuitabilia cuēta vetãtiū. Nã vt hētᷣ xxvi. q. v. non licet chriſtia. ꝛ ꝑ totū. Et xxvi. q. vij. nõ obſeruetiſ ꝛ. c. ſequenti: Futura pſcire ſoli⁹ ē dei: q̄ in ſui cõtēplatiõe etiã angelos illa preſcire facit Nõ liceat igitᷣ xp̄ianis tenere traditiones gētiliū: ꝛ obſuare ꝛ colere elemētū: aut lūe: aut ſtellarū curſ⁹: aut ĩanē ſignoꝝ fallaciã: ꝓ domo faciēda: vel ꝓptᷣ ſegetes vel arbores plãtãdas: vel cõiugia ſociãda. Hec illic. q̄b⁹ docētur aſtrologi nõ hr̄e certã notitiã rerū futurarū pſerti ↄtingētiū. Nã ꝑgnoſcere poſſe oppoſitiones ꝛ cõiūctiões: ꝛ ex illis pluuiarū aut vētoꝝ igruētiam ex longa expiētia nõ iret ĩficias eccl̄ia. Verū ex celi facie ꝓgnoſticare fata. et hunc ad ſuſpēdiū: illū ad ſceptrū deſtinare ſaltē ĩeuitabilitᷣ oĩno dãnat. Verba p̄moꝝ carminū fere ſūt ex iuuenale ſaty. xvi. ꝛ ſaty. xij. q̄b⁹ reſpondēt v̄ba mãlij lib. iij. Ordo autem eſt vt dicat aſtrolog⁹ ad eū cui conſulit. Aſpice. q. d. id nõ temere moneo. etem̄ hora benigni fati. i. boni horoſcopi: plus valet ſi vis bellare bono omine: ꝙ ſi epiſtola veneris amice martis cõmendet te marti: diſtat enī q̄ ſidera excipiãt te incipientē modo edere pꝛimos vagitus: et rubentem adhuc a matre. i. ſtatĩ natū. Quia horã natiuitatis plurimū valere putãt.) Aſpice inquit que conſtellatio fluxit tibi naſcēti: nec ĩdueris vllã veſtē. ſ. nouã niſi facies celoꝝ iuſſerit tibi: nec curtaueris vnguē. ſ. vllū. Cõtra qḋ dico O ſtulte tu inducis ſic. i. ꝑ talē ſtultitiã tibi iugum. ſ. ſeruitutis: nulli ſuo tolerabile: exn̄s capt⁹ furijs. ſ. ꝓprijs. ꝛ demone. i. callido ſpū: iniquo. ſ. ĩ te. Celi nõ poterūt cogere ꝛc. Aſtra q̄dem alliciūt corꝑa parētia. i. obediētia: verū nõ cogūt aīos: nec fas ē aſſurgere id eſt p̄bere eis reuerentiã deo dignã.



Marſia conatus phœbū ſupare canendo
Perſoluit meritas pro tanto crimine pœnas
Excoriatus enim ſubitas eſt verſus in vndas
Se tamē a phœbo victū negat vſqꝫ fateri:
Cōcentūqꝫ lyrę mentitur murmure rauco.

¶ Marſia ꝛc. Scribit in obſtinatos ſtultos:q̄ excoriari poſſūt ab errore ꝑ concepto reuocari non poſſunt:in quos vſ. Prouer. xvij. Plus ꝓficit correctio apud prudentē q̄ centū plage apd ſtultū. Et eiuſdē xxvij. Si cōtuderis ſtultū in pila q̄ſi ptiſanas feriēte deſup pilo non auferet ab eo ſtultitia eius Argumētū ſumit ex fabula marſie q̄ cū minerue tibiā ſonorā ꝯpiſſet: et primos modulos didiciſſet temerario auſu corā thmolo phebū ꝓuocauit:et victus excoriatus et in fluuiū ſui nōis cōuerſus noluit ſe victum fateri:ſed murmure quodā aquarū obſtrepe adhuc videtur.

FEtibus abreptis ſeue conſultius vrſe
ꝙ confidenti poſſis occurrere ſtulto.
Nil intentatū linquit temerarius auſu
Sacrilego princeps: qui paruo creuit ab ortu.
Iura negat ſibi nata: nihil non arrogat armis.
Nemo pōt plagis errorē demere ſtulto.
Lucifer errati penas dabit vſqꝫ nephādi
Non tamē errorē ſupplex velit ipſe fateri.
Antiochus fedis ꝑcuſſus viſcera plagis
Dira quidē agnouit: ceu primus ſemine natus
Crimina: ſed fruſtra celo mox ſupplicat expes
Magnū eſt cū venie ſpe culpā plangere vite.

FEtibus ꝛc. Scribit in obſtinatos fatuos q̄les ſūt q̄ ſibi ſapiētes videt: ꝛ q̄ ſucceſſib⁹ alti nihil ſibi nō licere putāt. Multi eī ſūt q̄ nulla v̄tute vera q̄dē ꝑditi ad regna erigunt: qb⁹ nihil itolerabilius vt alibi docuim⁹. Et iō dr̄ ꝓuer. xvij. Expedit magis vrſe occurrere raptis fetib⁹: ꝙ fatuo cōfidēti ſibi ī ſtultitia. Vn̄ ortū eſt pricipiū carminis: cui⁹ ordo ꝛ explanatio ē talis: Tu poſſis occurrere cōſulti⁹. i. magis prudēter ꝛ ꝯſulte vrſe ſeue abreptis. i. vi ablatis fetib⁹ ei⁹: ꝙ ſtulto cōfidēti ſibi. ſ. ī ſtultitia ſua. Priceps. i. vir pricipatū tenēs: temerari⁹ auſu ſacrilego. nil linq̄t ītētatū. i. oīa tētat (vt Horati⁹ ī arte dicit. Nil intētatū nr̄i liq̄re poete.) q̄ ſcꝫ p̄nceps: creuit ab ortu paruo. i. paruis īitijs Talis eīn negat iura nata ſibi: ꝛ nihil nō arrogat. i. oīa arrogat ſibi armis. i. vi Nemo poteſt demere ſtulto errorem plagis. i. vulnerib⁹ aut ꝑcuſſiōibus ſeu tormētis. Quia pl⁹ ꝓficit correctio apd̄ prudētē: ꝙ cētū plage apd̄ ſtultū. Probat exēplis. Lucifer ille ſplēdidiſſim⁹ angelorū: dabit vſqꝫ. i. ſine intermiſſiōe: penas errati. i. erronei facti: nephādi. i. qd̄ cōtra phas ē tn̄. i. nihilo min⁹ ipſe nō velit fateri errorē ex h̄is ſupplex. i. cū vera ſūmiſſione aī ſupbi in q̄ dānat⁹ ē. Perſtāt eī dānati in mala volūtate ī qua dānati ſūt. Et iō ſupbi illi ſpūs id ſūmoꝑe curauerūt vt ꝓ tūs hērent in terris. Antiochus ille tyrānus (de q̄ dr̄ ij. Machab. ix. Qui paulo an̄ ſidera celi cōtigere ſe arbitrabat: eū nemo poterat ꝓpt̄ itolerantiā fetoris portare. Hic igit̄ cepit ex graui ſupbia deduct⁹ ad agnitionē ſui venire diuina admonitus plaga ꝑ momēta ſingula dolorib⁹ ſuis augmēta capiētib⁹. Et cū nec ipſe iā fetorē ſuū ferre poſſet ita ait Iuſtū ē ſubditū eē deo: ꝛ mortalia non paria deo ſētire. Orabat aūt hic ſceleſt⁹ dn̄m: a q̄ nō eēt miam ꝯſecutur⁹ ꝛc.) Percuſſ⁹. i. h̄ns ꝑcuſſa viſcera fedis plagis: agnouit q̄dē vt p̄m⁹ nat⁹ ſemine. i. chaim: crimina dira. ſꝫ expes. i. nō h̄ns ſpē venie ſupplicat mox fruſtra celo i. deo celeſti. Magnū eſt. i. magne gr̄e: plangere culpā vite cū ſpe venie.

# De lędentibus pacificos.



Qui ferit inſontē q̄tūuis pacis amicū
Vindictā expectet: ſiquidē ne lędere pgat
Expedit et ſtulto petulanti obſiſtere voto.
Et lateri iunctus vibrare mucro vetat enſem.

¶ Hoc carmē ſcribit i eos q̄ ceteros mortales cōtēnētes ⁊ faſtidiētes vnū quēq̧ ledūt arbitrātes ſe cū potētiores ſint ipune laturos: ſ; vt iſequēti dicā lōge errāt: q: ſeuiſſimi q̄q̧ et potētiſſimi tyrāni a fediſſimis ꝟmiculis abſūpti ſūt. Ordo aūt nec ꝑplixus aut obſcur⁹ hīc eſt. Is q̄ ferit. i. ꝑcutit īſontē. i. innocentē a q̄ nulla laceſſit⁹ ē iiuria: q̄tūuis. i. q̄tūcūq̧ amicū pacis: expectet vindictā. i. vltionē ab eo: ſiquidē. i. quoniā expedit. i. vtile eſt. ſtulto obſiſtere voto. ſ. eius petulāti: ne pgat. i. pſeueret ledere. ſ. quēlʒ. Iuxta illō͂ prouer. xxvi. Rn̄de ſtulto iuxta ſtultitiā ſuā ne ſibi ſapiēs eē videat. q͛ō vno mō intelligi pōt iuxta formā offēſe. nā ſi te ꝑcuſſerit ne ſibi placeat repcute eū Et mucro. i. gladi⁹ iūctus lateri. ſ. pacifici: vetat vibrare enſē petulantis.

Stulte q̄d ībelles tāq̄ leo deſpicis agnos:
Nam qua vi pollet leſa reſiſtit ouis.
Exiguus magno mus ē formido elephāto: ꝛ
A cane non magno ſepe tenetur aper.
Eſto nihil valeant in te mortalia bella:
Attamen et ſperes bella mouere deum.
Dictator tabulam qui fixit ſylla nephandam:
Non proſcribendis vermibus eſca fuit.
Herodes ſimili ſenſit ſua funera fato
Uiſceraq̄ȝ antiochus putruit atra ferus.
Nil impune feres: preſens vindicta tonanti eſt:
Que dilata parū fenora magna petet.

Stulte quid ībelles. Scribitur in eos q̄ cū opibus ꝛ nobilitate plus valeant oēs mortales cōtemnunt ꝛ paſſim ledūt: in q̄s ve enei. i. Si genus humanū ꝛ mortalia tēnitis arma: At ſperate deos memores fandi atq̄ȝ nephandi. Et certe de⁹ fere punit talione: ita graſſātes. Nā ſupbiſſimos quoſq̄ȝ tyrānos abſumi patitur a minimis ꝛ fediſſimis vermiculis quales ſunt quos pediculos vocant ꝛ q̄ cū dolore viſcerū e ventre hūano ſcaturiunt: vt de antiocho iā diximus. Et de ſylla īmaniſſimo romanoꝝ tyrāno: ita inquit Seren⁹. Sȝ quis nō paueat pherecydis fata tragedi: Qui nimio ſudore fluēs aīalia tetra Eduxit: tur pi miſerū q̄ morte tulerūt. Sylla quoq̄ȝ infelix tali langore peſus Corruit ꝛ fedo ſe vidit ab agmine vinci ꝛc. De pherecyde ſeu pherecyde dicit plinius q̄ angues ex eius corpore enaſcebant͂ a q̄b⁹ abſumpt⁹ eſt. De morte herodis innocentiū interfectoris familiares ſunt hiſtorie. Ordo ē. O ſtulte quid. i. ad q̄d deſpicis agnos ībelles. i. īnocentes hoīes tanq̄ leo ſup. eēs: nā ouis leſa reſiſtit qua vi pollet. i. etiā minim⁹ ſi ledat͂ vindictā querit. Et mus exiguus eſt formido elephanto magno. Et vt ouidius dicit aper. id ē ſus ſilueſter tenetur ſepe a cane non magno. Eſto bella mortalia. i. ab hoīe mota: nil valeant ī te. i. cōtra te. Attñ. i. nihilomin⁹: ſperes. i. ſperare debes. i. timere: et. i. etiā deū mouere bella. Sylla dictator. ſ. roman⁹ q̄ fixit tabulā. ſ. ꝓſcriptionis nephādā. q: in bonos ciues: fuit eſca vermibus. i. pedūculis ſeu pediculis e corpore ſuo ſcatentibus: non proſcribēdis. i. q̄s ꝓſcribere nō valebat. Herodes. ſ. ſctōꝝ innocētiū trucidator: ſenſit ſua funera. i. mortē ſuā: ſimili fato: q: a vermib⁹ aut a dolore viſcerū interȳt: ꝛ antioch⁹ ferus. i. crudelis ꝛ efferus. de q̄ habet͂. ij. Machab. ix. putruit. i. habuit putrida viſcera atra. i. dira aut atra ſanie perfuſa. Tu nihil feres. i. auferes īpune. i. īpunitū: vindicta ē p̄ſens. i. ſemper parata q̄ncūq̄ȝ vult: tonanti ſcȝ deo. Que. ſ. vindicta dilata parū: q: breuis eſt vita noſtra: petet magna fenora. ſ. penaꝝ: q: ei⁹ tarditatē ſupplicij grauitate compenſat.



Deſidioſe vides anguſto calle moleſta
Formicas humeris pondera ferre ſuis:
Sollicitaſq; vides ſollerter mellificantes:
(Frigore ne pereant) dum fauet ęſtus apes:
Attamen ignauus per meſſem ſtertis vt vrſus
Sucturus digitos fauce famente gelu.

¶ Scribit in deſidioſos ſeu pigros de quib⁹ in ſequenti plura dicã. hoc dẽpto q̃ hic quoq; de apib⁹ fit mẽtio. de q̃bus Geor. iiij. et enei. i. Qualis apes eſtate noua ꝑ florea rura. Exercet ſub ſole labor ꝛc. Et; de vrſo qui per hyemem cum predam non inuenit ⁊ herbe ac frondes aruerſit aut dormit iers aut digitos lambit ac ſugit fame confectus. Ordo vltimi verſus eſt. Stertis ſucturus. i. qui ſuges vt vrſus digitos. ſ. tuos fauce. ſ. tua famente gelu. i. tempore frigoris.

PArvula: q̄ exēplo ē magni formica laboris:
Ore trahit quodcūq; pōt atq; addit aceruo:
Quē ſtruit haud ignara ac non incauta futuri.
Que ſimul inuerſum contriſtat aquarius annū
Non vſq; prorepit: et illis vtitur ante
Queſitis/patiens. Segnē crudelis egeſtas
Opprimit. hunc hoīes odio ſupiq; ſequuntur
Torpenti ſimilē fuco: cui ſpicula ſurgunt
Horrida: diſtētūq; fauis cōſumit edendo
Semen apū: piger ipſe ſedet vitatq; laborem.
Tu modo curā operi quantū potes adijce frater:
Sic pecus augetur: ſic et granaria creſcent.

PAruula ꝛc. Carmē hoc ſcribiꝉ ī pigros ſumptūq; eſt ꝑtim ex horatio ꝓmo ſmonū libroꝝ ſmone ꝓmo: ꝑtim ex heſiodo ī opeꝝ qđ opa ꝛ dies īſcripſit: Siꝉe aūt horatiano argumēto hēꝉ ꝓuer. vi. Uade ad formicā o piger: ꝛ ꝯſidera vias eiꝰ: ꝛ diſce ſapiētiāq̄ cū nō hēat ducē: nec ꝓceptorē: nec pricipē parat ī eſtate cibū ſibi et cōgregat ī meſſe qđ comedat. Et ſiꝉe heſiodico ibidē ꝯſequenꝉ Uſq̄quo piger dormies? Qn̄ ꝯſurges e ſōno tuo? Paululū dormies: paululū dormitabis: paululū ꝯſeres manꝰ tuas vt dormias. ꝛ veniet tibi q̄ſi viator egeſtas: et pauperies q̄ſi vir armatꝰ. Si vero ipiger fueris: veniet vt fons meſſis tua ꝛ egeſtas lōge fugiet a te ꝛc. Et eiuſdē. xxx. Formice ꝑpl's īfirmꝰ q̄ ꝓparat ī meſſe cibū ſuū ꝛc. Un̄ ſūt plebei verſiculi Colligit ī meſſe q̄ ſint formica neceſſe. Itē. Dū calor ē et pulchra dies formica laborat Ne ꝑeat dū nix venerit alta: fame. Ordo aūt ē. Formica ꝑuula q̄ eſt ſcꝫ nobis exēplo. i. ad exēplū magni laboris: horatiꝰ dicit nā exēplo eſt: trahit ore qđcūq;. i. q̄cq̄d pōt et addit aceruo ſuo: quē. ſ. aceruū: ipa ſtruit haud ignara. i. ꝓſaga: ac nō incauta futuri. ſ. tpis. Que. ſ. formica: ſiꝉ. i. in eodē tpe q̄: aq̄riꝰ quē in bruma ſol īgrediꝉ: cōtriſtat. ſ. frigore ꝛ aq̄s. annū īuerſū. i. īmutatū a calore ī frigꝰ non prorepit vſq̄. ꝛ vtiꝉ illis ante queſitis. i. partis ī eſtate: exn̄s patiēs. i. ſobria et ſuis cōtenta. q: vt dicit Cicero ī paradoxis maximū vectigal eſt parſimonia Additur ex heſiodo Egeſtas crudelis opprimit ſegnē. i. pigrū q: ois piger ſemꝑ in egeſtate eſt. et hoīes ꝛ dij. ſequuntur hūc odio exiſtentem ſimilē fuco. i. veſpe nō mellificāti: ſꝫ mella apū ſuffurāti: cui. ſ. fuco: ſpicula ſurgunt horrida: et cōſumit edēdo. i. deuorādo: ſemen apū. ſ. mellificātiū. i. mel diſtentū fauis. Ipſe exn̄s piger ſedet ꝛ vitat laborē. i. ignauꝰ nihil opatur. tu o frater pſe. ſic eñ vocabatur frater heſiodi: adijce opi curā quātū potes: q: pecus tuū augetur ſic et granaria creſcent ſic.



Hei mihiꝙ furit is qui litem exercet iniquā
    Claudere confidens lumina iuſtitię.
Et vi: ſiue dolo: precibus. nūmis vel amicis
    Iudicis examen quo volet attrahere.
Quiſquis enim cauſam defendit quā ſcit iniquā:
    Rem ſępe: aſt aīam perdit vbiq; ſuam.

¶ Scribit in appetentes litiū: et libenter coram iudicibus cōtendentes q̄ ſi ſcientes iniuſtam cauſā fouent ſperantes iudicem corrumpere aut cauſā ſuam ſic palliare at inſtruere vt vincant: ſepe quidē rem amittūt et ſemper animam exceccati ea temeritate vt quicquid adiudicatū fuerit etiā decepto aut corrupto iudice iuſtiſſime poſſidere ac retinere putent. Cum male fidei poſſeſſor nullo preſcribat tempore. Examē. i. iudiciū vt in ſtatera examine res decernuntur Vbiq;. id eſt in omni foro.

Quiſquis in alterius cõfidẽs ſimplicitate:
Siue ſuis opibus cõtẽdere certat inique
Is demens animã cara mercede redemptam
Producit vili: nihil eſt in lite ſalutis
Si pax eſſe queat: fiatqꝫ iniuria nulli.
Tollite turgentes rabioſo murmure ſaccos
Nec date iudicibus cũ nũmis atqꝫ precatu
Infelicem aĩam: nõ ẽ cõtendere veri
Chriſticole cuius dux et mitiſſimus author:
Pallia qui tulerit: tunicam permittere ſuaſit:
Detraxiſſe prius ꝙ̃ litem foueris vllam.
Quam tamen ip̄e putas iuſtam: defendere cauſã
Phas et iura ſinunt: ſed ſi non rite putaſti
Iudiciũ ip̄e viri noli damnare verendi

Quiſquis ꝛc. Scribit vt dixi in litigioſos qui in aduerſariꝫ ſim
plicitate aut inopia: ⁊ in ſua verſutia ⁊ opibus cõfidentes: litẽ
mouent iniquã: cum tñ equis partibus ſine lite viuere poſſẽt
Cũqꝫ dicatur puer. iij. Non contendas aduerſus hominẽ fru
ſtra cum ipſe tibi nihil male fecerit. Unde ordo eſt. Quiſqꝫ. i. quicunqꝫ cõ
fidens in ſimplicitate alterius ſiue in opib⁹. i. facultatib⁹ ſuis: certat cõten
dere: inique. i. hñs iniuſtam cãm fouendam: is exñs demẽs producit. i. ve
nundat aĩam ſuã redemptam cara mercede: qꝛ precioſo ſanguine xp̄i vili
ſcꝫ mercede: qꝛ rei fluxe poſſeſſione. nihil ſalutis eſt in lite. ſi pax. i. ꝯcordia
queat eſſe ⁊ nulli fiat iniuria. is enim debet eſſe finis belli aſſumendi: vt in
pace tandẽ ſine iniuria viuamus. O litigioſi tollite ſaccos. ſ. ꝓceſſuum tur
gentes. i. inflatos murmure rabioſo. i. verbis ⁊ ſcriptis cõtentioſis: nec da
te iudicib⁹ aĩam infelicẽ cũ nummis atqꝫ precatu. i. p̄cibus. Contendere. ſ.
in foro iudiciali non eſt veri chriſticole. i. non pertinet ad verũ chriſticolaꝫ
cuius dux ⁊ author mitiſſimus. ſ. xp̄s: qui pro ſingulari doctrina dixit. Di
ſcite a me: qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde: ſuaſit: qꝛ cõſiliũ eſt: ꝑmittere eum
qui tulerit. i. abſtulerit pallia. i. exteriorẽ veſtem detraxiſſe prius ꝙ̃ foueriꝫ
vllam litem: tunicã. i. interiorẽ veſtem. vt patet matthei. v. ⁊ luce. vi. Tñ. i.
nihilominus: phas. i. ius diuinũ. ⁊ iura humana ſinunt. i. permittunt te de
fendere cauſam quã putes iuſtã: ſed ſi non putaſti rite. i. ſi ipſe erraſti noli
dãnare iudiciũ viri verendi. ſ. iudicis. Iuxta illud Eccſi. viij. nõ iudices cõ
tra iudicẽ: quoniam ſcḋm quod iuſtum eſt iudicat.



Plus gaudet cœno ſus q̃ de fonte ſereno
Et turpis tetro mens q̃ ſermone modeſto:
Caſte puer turpes ſermones linque viroſq;:
Corrumpit mores etenim mala lingua pudicos
Quinadeo plus ſermo nocet q̃ vita pudenda.
Illum etenim plures hanc pauci noſcere ſueti.

¶ Scribit in turpilo quos: in q̃s ſequẽs erit p̃ticula: in quos etiã ex menã dri comedia dixit paulus ap̃ls. i. Cor. xv. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Verſiculi noſtri ſatis vulgares ſunt. Duor poſtremorũ ordo eſt. Quinadeo ſmo nocet plus q̃ vita pudenda. Etenĩ plures. i. multi ſueti. i. cõſueti ſunt. noſcere illum. ſ. ſermonem. ⁊ pauci hanc. ſ. vitam: quia clari vult ſua furta venus.

Sunt quibꝰ eloquij dat aurea vena poete
Sed cadit in ſordes inficiturq; luto.
Nam cyprie curas ⁊ olentia gaudia ponunt:
Claraq; tam fedo mergitur vnda lacu
Uita decet ſacros et pagina caſta poetas:
Caſtus enim vatum ſpiritus atq; ſacer.
Hoc decus hoc animus carmen celeſtibus aptum
Rebus in immundis degenerare nephas.
Nec phas eloquium quo nos preſtamus amuſis
Et pecori fedis dedecorare modis.
Sus immunda luto ſe oblectet: ⁊ auca palude:
Uirq; probus caſto gaudeat eloquio.
Nec lepidum eſſe putet ſcurrilia verba loquentem.
Nec comem obſcenis qui dat operta notis.

Sunt q̄bus ⁊c. Scribit vt p̄miſi in turpiloquos q̄ ĩ cõuiuijs et cõfabulationibꝰ obſceniſſima ſemꝑ in mediũ afferũt: nec vllũ dictũ aut factũ lepidũ aut facetũ putãt niſi habeat aliq̄d ſcurrilitatis obſcene. Un̄ baptiſta mãtuanꝰ cuius octo priores ſũt verſus: longe abhorrẽs a ſentẽtia Catulli dicẽtis. Nã caſtũ eſſe decet poetã ip̄m ꝟſiculos nihil neceſſe ẽ: taxat poetas ĩpudice ſcribẽtes diſerto illo carmine qđ nũc in manibꝰ ẽ. Cuiꝰ (vt dixi) p̃cipiũ qđ aſſũpſimꝰ hoc ordĩe declarari põt. Sũt poete q̄bꝰ dat. ſ. a natura: vena eloquij. i. facilitas eloquendi: aurea. i. ditiſſima ⁊ cultiſſima: ſ; ipſa cadit ĩ ſordes. i. ſordidas materias. ⁊ inficit. i. polluit: luto. i. obſceno argumẽto. Nã ipi ponũt. i. deſcribunt primo loco curas cyprie. i. veneris: hoc eſt amores ⁊ gaudia olentia. i. fetidas voluptates. Et vnda clara mergit. i. obruit tã fedo lacu: qđ indecẽs poſtea docet his ꝟbis. Uita caſta ⁊ pagina. i. ſcriptura aut cantilena caſta decet poetas ſacros: q̄ p̄mi theologi fuerũt ⁊ ſacerdotes phebi: ac interpretes deoꝝ: nephas eſt hoc decus. ſ. eloquij: ⁊ hoc carmẽ aptũ aĩs celeſtibꝰ. i. vel ſpiritibꝰ angelicis: vel aĩs hũanis q̄ celeſtes ſũt degenerare: vt degenerẽt ĩ rebꝰ imũdis. Addo nec ẽ phas dedecorare. i. dehoneſtare eloquiũ quo nos preſtamus amuſis. i. illepidis hoĩbꝰ nullã partẽ cum muſis hñtibꝰ: ⁊ pecoꝝ. i. brutis mõis fedis: hoc ẽ verſibꝰ obſcenis. Sus imũda oblectet. i. p̄mitte vt ſe oblectet luto: q: vt dicit horatiꝰ in ep̄lis eſt amica luto ſus: ⁊ auca oblectet ſe palude. i. aqua paluſtri ⁊ limoſa: ⁊ vir ꝓbus. i. honeſtꝰ ⁊ ꝓbandꝰ gaudeat eloq̄o. i. elegãti ⁊ lepido ſmõe: caſto. i. mũdo ⁊ ſine turpiloq̄o: nec putet loquẽtẽ ſcurrilia ꝟba eẽ lepidũ: nec eũ comẽ. i. ſuauẽ ⁊ cõcinnũ vir: q̄ dat. i. ĩdicat op̄ta. i. opiẽda ⁊ celãda obſcẽis notis. i. ſignis.

# De clericis ineptis. Titulus. LXXI.



Pro ſuperũq; hoīmq; fidem: quęnam dementia vexat.
Cleros: ſtultitia: ne dicam crimine: ſummum
Quęrit quiſq; locum: mulos curare periti
Aut ſcortum ductare domum: ſic numere lęti
Mox redeunt: animas iuſſi curare miſellas.

¶ Scribit ĩ ſtultos clericos qui vix pͥma elemẽta edocti: ad curias pre-ſulũ ꝑfugiũt: illicq; mulos curãtes: & quod peius eſt ſcorta ductitãtes: aſ-ſentatiõe aut delatiõe: aut ambitu ſeu ſimonia eccłiaſticũ mun⁹: qđ benefi-ciũ vocãt adepti redeũt a curatiõe aſinorũ ad curas aīaꝝ. Ordo ē ꝑ q̃ inter-lectio ꝓclamãtis ꝑ exprobationē ē: obteſtoꝛ ſup. fidē ſuperũ. i. celcitũ & ho-minũ: quenã demẽtia vexat cleros. i. eos q̃ ſint de ſorte dei: quiſq; querit ſi-bi ſummũ locũ ſtultitia. i. p ſtultoꝝ exercitia: ne dicã crimine. i. graui ſcele-re eos petere ſũmũ locũ. ſ. ſacerdotalē ipſi periti curare mulos aut ductare domũ. ſ. patroni ſui: ſcortũ. i. mereticulã: redeũt ſic. i. talił leti munere: iuſſi. ſ. a patrono ſuo: curare mox. i. paulopoſt: aīas miſellas: q̃ in tali ſint tutela.




Quis me nobilior? Quis me cõſultior vſq̃?
Quis tot res geſſit? Quis tot ciuilia nouit?
Stẽmata quis tot habet? Quis tot ſcripta atq; clientes?
Nec te laudaris nec te culpaueris ipſe.
Hoc faciũt ſtulti: quos gloria vexat inanis.

¶ Scribit in eos q̃ ſe ob generis nobilitatẽ aut maiorũ facinora extollũt quiq; ob legalẽ ſciẽtiã ſe inaniter iactant. Nã q̃ gen⁹ ſuũ laudat aliena laudat: vtpote parẽtũ nobilitatẽ. At q̃ vere legũ ꝑiti ſunt laudãdi quidẽ ſunt: ſed ab aliis laudari malũt: iuxta qð oꝫ Propria laus ſordet: ſed nobilis eſt aliena. Triũ ṗorũ ꝟſiculorũ ṗora hemiſticha ſũt nobilis poſteriora ſũt iure cõſulti Dicit ergo nobilis quis me nobilior? et alr quis me cõſultior vſq̃ ⁊c. duo poſtremi verſus ſũt ex noto illo opuſculo qð catoni aſcribit. Quorũ pˀcipiũ vulgo ſic legit: nec te collaudes. ſed laudaris ꝓ laudaueris melius quadrat cum illo culpaueris ⁊c.



Pone merum & talos pereant qui craſtina curant
Alea diſcernat: quis modo diues erit.
Egregie pranſi: melius cœnabimus: ohe
Quid pręter ludum reſtat? amica nihil.
Sic precioſa nimis traducis tempora quę mox
Merceris proprio ſanguine lapſa lubens.

¶ Scribit in eos qui tẽpora ſua futiliter in ludis & voluptatibꝰ trãſigunt que poſtea cũ ſerũ erit etiã ſanguine ꝓprio mercari aut redimere velint. Similes autem ſunt illis de qbꝰ exo. xxxij. Sedit populꝰ comedere & bibere et ſurrexerunt ludere. Ordo eſt vt dicat mulier fatua. Pone. i. appone merũ & talos. i. aleas & taxillos: peãt ꝗ curãt craſtina: eſt aũt dictũ poete. Alea diſcernat ꝗs erit mõ diues. nos prãſi egregie cenabimꝰ meliꝰ: ꝗd reſtat pt̃ ludũ reſpõdet ſtultus amator. amica nihil ſup. reſtat. Cetera patent.

SPerne lucrũ vexat mentes veſana libido:
Fraude carete graues ignari credite doctiſ
Luſuri nũmos: aĩos quoqꝫ ponere debent:
Iraſci memini victos: placet optime frater
Ludant ſecure quibus eſt es ſemper in arca:
Siquis habet nũmos veniens: exibit inanis
Luſori cupido ſempꝑ grauis exitus inſtat.
Sancta probis pax eſt: iraſci deſine victus:
Nullus vbiqꝫ poteſt felici ludere dextra
Initio furijs ego ſum tribus addita quarta.
Plecte truces aĩos vt vere ludere poſſis.
Ponas mature bellũ precor: iraqꝫ ceſſet.

SPerne ꝛc. Carmẽ hoc totum nullo mutato aſcribit virgilio ĩ opuſculis mĩorib⁹ vbi tractans de ludo: ꝓſcribit q̃dã mõ leges ludẽtib⁹. admonẽs p̃mo vt vitẽt auariciã: ne ludãt ꝓpt lucrum ſed luſũ ac aĩ recreationẽ ſeu laxationẽ. Scd̃o libidinẽ ludẽdi ſed ſiq̃s generaliter accipi velit: libidinẽ veneriã et gule voluptatẽ q̃ ſepe ludũ p̃cedit: et ita duo capitalia ꝓſcribat vitia luxuriã ꝛ crapulã. Tertio ſuperbiã ꝛ ſupꝑbos ac elatos aĩos. Quarto acidiã dicẽs ponas mature qđ a pigris nõ fit: et nouiſſimo irã: addẽs iraqꝫ ceſſet. nõ autẽ dicit ne iraſcaris q: prim⁹ ĩpet⁹ ire nõ eſt in nr̃a poteſtate. vñ flaccus li. ſer. i. Deniqꝫ q̃tinus excidi penitus vitiũ ire. Cetera itẽ nequeũt ſtultis herẽtia ꝛc. nec ira ẽ a toto gñe pctĩ q: ſcriptũ ẽ iraſcimini ꝛ nolite peccare. Vetat ergo poeta ſeptẽ capitalia vitia. auaritiã. luxuriã. gulã. ſupꝑbiã. cui comes eſt ĩuidia: q̃ in ludo ſepe regnat: et acidiã ac irã. Ordo aũt eſt. O frater ſpꝑne lucrũ. i. amorẽ nimiũ lucri: libido. ſ. lũdi: q̃uis (vt dixi) de alia ĩtelligi poſſet: veſana. i. maleſana. vexat mẽtes. ſ. ludẽtiũ. O graues. i. q̃ nõ ad libidinẽ ludìtis: carete. i. vacate fraude: et ignari credite doctis. i. qđ docti monẽt. q̃le eſt. ꝙ luſuri. i. qui volũt in ludũ deponere: nũmos: debẽt q̃qꝫ. i. etiã ponere aios. i. aĩoſitatẽ et iraſcibilitatẽ. O optĩe frater: ego memini victos iraſci. i. ꝙ ira ꝓcellunt ſcio: placet aũt ne ꝓpt dãnũ iraſcant: vt illi ludãt ſecure. i. ſine anxietate: q̃bus es. i. pecunia: eſt ſempꝑ in arca. i. ſcrinijs Siq̃s hꝫ nũmos veniẽs ad ludũ. exibit inanis. Grauis. i. moleſt⁹ exit⁹: ĩſtat. i. ĩminet luſori cupido. i. ferueti: q: nõ attẽdit ad formã ludẽdi. Pax ſãcta eſt probis. i. ĩter ꝓbos. tu victus. i. licet vĩcaris deſine iraſci: null⁹ põt ludere vbiqꝫ dextra felici. Ego inq̃t ludus aut cupido ei⁹: ſũ addita furijs trib⁹ ĩitio. i. q̃ prius nõ niſi tres erãt: quarta. ſ. furia. Plecte. i. reprime aĩos truces. i. feroces: vt poſſis ludere vere. i. ad recreationẽ: precor vt ſup. ponas. i. deponas: mature. i. tempeſtiue priuſq̃ aliq̃d cui⁹ te peniteat poſtea facias: bellũ: et ira ceſſet



Qui ſuo ductu proprioq; marte
Res gerit cunctas renuens doceri
Atq; iutari: nimis ingrauantē
Sentit aſellum.
Qui ſe ſponte ſua ꝑ apta ꝑicula mittūt
Auriti pecoris ſub pede ſępe iacent.

¶ Carmē hoc ꝑtim ſaphicū partim elegiacū: ſcribit in eos qui proprio conſilio proprijſq; viribus oīa gerere conantes: tandem ſeſe ab aſino. i. vecordi cōſilio ſuo oppreſſos offendunt: q̄les ſunt q̄plurimi: de qb⁹ ſequēs erit pagina. Ordo aūt hic eſt. Is qui gerit cūctas res ꝓprio ductu. i. auſpicio: ⁊ marte. id eſt opa ⁊ induſtria: renuens doceri. ſ. a peritiorib⁹ atq; iutari. i. frequenter adiuuari a potentioribus ſentit aſellum. id eſt ſtultū conceptū ſuū nimis ingrauantē. i. opprimentē. Cetera patent.

HEi mihi q̃ta ſibi cũulat mala ſtult⁹ ⁊ excors
Quot pecora arcadie ſub ſua terga vocat.
Hic gaudet lepido ꝙ filia computat ore
Quot ſibi delegit mater inepta procos
Ille videns natum iurantē ſancta deoſqꝫ
Hic ait erũnas ſupprimet herculeas:
At mox ante diem patrios coniurat in annos:
Et ſoror abiecta matre lupanar init.
Aſt alius lites redimit multo ere moleſtas:
Cui mox cum cauſa rem periſſe dolet.
Eſt quoqꝫ qui tumidum replens abdomine ventrē
Mox refugit ſtomachi pondera ferre ſui.
Quiſqꝫ ſuos patitur manes: patitur ſua quiſqꝫ
De trimenta: aſinos fert ſibi quiſqꝫ ſuos.

HEi mihi. Scribit in eos q̃ ſibi multoꝝ īcōmodoꝝ cauſa ſūt nec ꝓpus ſētiūt errorē ꝙ aſino ingrauaſcēre.i.ab īprouide ſuſcepto onere ſint admoniti atqꝫ oppreſſi. Eſt enī adagiū teutonicū in eū q̃ volūtariū obiuit incōmodū: hic aſinū ſuū in collo portat. Quocirca vt maro de īferis loquēs ait. Quiſqꝫ ſuos patimur manes: ita hic ꝯcludo aſinos fert ſibi quiſqꝫ ſuos. Ordo eſt. Hei mihi quãta mala cumulat.i.accumulat ſibi.i.ī ſe: ſtultus ⁊ excors.i.ſine corde ⁊ ꝓuidētia: ⁊ q̃t pecora arcadie.i.q̃t aſinos.i.ſtulte ſuſcepta onera vocat ſub ſua terga: hic .i. aliquis gaudet ꝙ filia cōputat ore lepido.i.facundo: ꝙ ꝓcos.i.amatores mater inepta delegit ſibi.ſ.filie: nec eſt mala reciprocatio q̃ fit ad principale ſuppoſitū. Ille.i.alius vidēs natū.i.filiū iurātem ſancta ⁊ deos ait hic.ſ.fili⁹ me⁹: ſupprimet.i.minus claras faciet erumnas herculeas.i.labores herculis. At.i.ſed fili⁹ ſup. cōiurat mox ante diē.i.ꝑiodū vite: in.i.ꝯtra annos patrios.i.patris ſui.i.iurat ꝙ eos abrūpet: nec tātū durare ſinet: eſt aūt ouidianū meta.i. Filius ante diē ⁊c. Et ſoror ſup. eius init.i.ingreditur lupanar.i.ꝓſtibulū: matre abiecta.i.contempta. Aſt alius redimit lites.i. emit ius alterius cōducendo lites moleſtas: q2 dubias. et hoc multo ere .i.grandi pecunia. Cui dolet mox.i.paulopoſt rem periſſe cum cauſa. Eſt quoqꝫ ſup. aliquis q̃ replens ventrē tumidū abdomine.i.farcimine aut ſumine pingui refugit mox.i.ſtatim vt opplet⁹ eſt ferre pōdera ſui ſtomachi Quãobrem quiſqꝫ patitur ſuos manes.i.errores ⁊ furores ſuos. ⁊ quiſqꝫ patitur ſua detrimēta.i.dãna que ſibi peperit: ⁊ qđ vulgo dicitur: ita quiſqꝫ fert ſuos aſinos.i.luit penas temeritatis ſue.



Quo fugiet tandem ſine vi ſine fraude colonus.
Nam vi graſſatur nullo ſub vindice miles:
Fraudibus ignarũ ſpoliat nunc: ſcriba patroni
Mentitus partes: diſcet vi & fraudibus vti:
Sicq; aſtrea iterum cogetur in aſtra migrare.

¶ Carmẽ hoc ſcribit in milites ipſos ſtipẽdijs ſuis minime cõtẽtos et in ſcribas aduocatoſq; ꝛ ꝓcuratores doloſos q̃ miſeros colonos depilant ꝛ expoliant hi fraudibꝰ illi viribꝰ. Ordo eſt. Quo. i. in quẽ locũ ſeu ad quez defenſorẽ fugiet colonꝰ. i. agricola ſine vi. i. violentia. i. nulli vim inferens et ſine fraudibꝰ. i. dolo malo. Nã miles. i. vir bello addictꝰ: graſſat. i. ſpoliat nũc vi. i. violentia: ſine vĩdice. i. vindicãte: ꝛ ſcriba. i. vt dicũt notariꝰ mẽtitꝰ ꝑtes patroni. i. defenſoris: ſpoliat nũc ignarũ. i. litis et fraudis colonũ fraudibꝰ. ſ. ſuis. Reſponſio colonꝰ diſcet vti vi ꝛ fraudibꝰ: q̃d iã nimiũ callet. Et ſic aſtrea. i. iuſtitia coget iterum migrare. i. redire in aſtra.

TU ferrū ac flāmas miles veſane minaris
At tibi cū gladio flāma pennis adeſt.
Quid facias queris? lex eſt preſcripta roganti
Militi ab agnifero vaſta per antra duce.
Concutias nullum: fiatq; calumnia nulli:
Et ſtipe contentus ſis ſimul ere tuo.
At tu ſcriba nocens qui dextram vendis ⁊ ora.
Atq; aīam lucro: que tibi pena ſatis?
Nunc inſane voras viduas ſimul atq; pupillos
Et primū in cenis exigis accubitum:
At venit hora repens qua carceris infimus atri
Iniuſti queſtus damna cruenta lues.
Queris quid facias? quod noſti: quodq; docere
Ipſe ſoles alios effice: ſaluus eris

TU ferrū ac flāmas ⁊c. Sex priores verſ⁹ ſcribūt in militez iniuſtū ac violentū colonoꝝ ⁊ alioꝝ inſontū cōcuſſorē ⁊ oppreſſorē. Sequēs ī ſcribā ⁊ aduocatū iiuſtū. Ordo ē. Tu o miles veſane: minaris. ſ. ibellib⁹: ferrū ac flāmas: at. i. ſꝫ flāma pēn̄is. i. eterna cū gladio. i. ſimul cū morte violēta: aut cū ſupplicio ſiti: adeſt. id ē pata eſt tibi. Si ſup. q̄ris q̄d facias. i. facere debeas. lex eſt p̄ſcripta militi rogāti q̄d faceret: ab duce agnifero. ſ. iohānc baptiſta: ꝑ antra vaſta. i. deſerta q̄ agnifer dr̄ q̄ ꝓ iſigni agnū fert quē indice ꝓdiderat dicēs. Jo. i. Ecce agn⁹ dei: ecce q̄ tollit pctā mūdi: de quo dr̄ luc. iij. Interrogabunt aūt eū ⁊ milites dicētes. Quid faciem⁹ ⁊ nos. Et ait illis. Neminē cōcuciatis: neq; calūniā faciatis: ⁊ cōtēti eſtote ſtipēdijs vr̄is: hec ibi. ꝑ q̄ patēt duo ſequētes ꝟſiculi. At tu ſcriba. i. notarie ⁊ pragmatice ſeu aduocate nocēs: q̄ vendis dextrā. i. ſcripturā falſā: ⁊ ora. i. orōnē falſā: ⁊ aiaꝫ. ſ. tuā: lucro. i. amore lucri. vn̄ pſl⁹ Uēde aiāꝫ lucro ⁊c. q̄ pena ſup. ſit ſatis tibi. Tu inſane voras nunc viduas atq; pupillos. vn̄ dn̄s Mat. xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̄ comeditis domos viduaꝝ ⁊c. Et paulo an̄. Amāt āt p̄mos recubit⁹ i cenis ⁊ p̄mas cathedras ⁊ ſinagogis ⁊ ſalutatōes ī foro ⁊ vocari ab hoīb⁹ rabbi ⁊c. vn̄ addo Et exigis ī cenis p̄mū accubitū. i. locū accūbendi. At hora venit repēs. i. repētina (⁊ ſic corripit ſyllaba p̄ma q̄ in repens ꝑticipio a repo ꝟbo ꝓducit) qua tu exiſtens īfim⁹ carceris atri: vtpote tartarei: lues. i. ꝑſolues dāna cruēta. i. īmaniſſima: q̄ſtus iuſti. i. ꝓ q̄ſtu iniuſto. Si ſup. q̄ris q̄d facias. Effice qḋ noſti. ſ. faciēdū ⁊ qḋ ſoles docere alios ⁊ eris ſaluus. vn̄ dicto ca. math. xxiij. Quecūq; dixerit vobis ſꝰuate ⁊ facite Scḋm oꝑa vero illoꝝ nolite facere. Dicunt enim ⁊ non faciunt.



Promi pincernę fartores & catiani
Diſcipuli necnō falſo epicure tui.
Cauponum famuli: paraſiti: aulęq; catelli:
Iamdudum expectat vos mea cymba capax.
Atqui ſtultiferas fugitis decorare carinas:
Vah tandem video: vos tenet ipſa gula.

¶ Scribit ĩ eos qui potus aut cibi cuſtodiam hñtens plus gule ſue q̃ do minorũ vtilitati cõſulunt. Quales ſunt ꝓmi. i. qui cibaria cuſtodiũt vt dñi volunt ꝓmãt. hora in ſer. foris eſt ꝓmus. Errant q̃ promũ ꝓ prõptuario accipiunt: pincerne. i. vini miniſtri: ꝛ diſcipuli catiani. i. coci docti quos cati9 erudit ſcđo ſermonũ apud horatium: necnon. i. etiam falſo. i. mendaciter o epicure tui: q: licet in voluptate ſummũ bonũ poſuerit: parce tñ vixit. At qui. id eſt ſed cur. Cetera patent.

NOn ſoli proceres nunc bacchanalia viuūt
Nec ſoli graſſantur heri:dñiq; potentes.
Verū etiā imūde cōmittūt furta culine
Atq; penu famuli famuleq; illis ſociate:
Hic dum dormit herus furatur vina lagenis.
Illa affert lardū quod ſuſtulit:ille ſodales
Conuocat ad predam:nec deſit qui ferat aucā
Subtractam dño:panem fert dauus herilē.
Enophorū teuto repletū fonte falerno.
Pithyas emūcto lucrata ſimone talentū
Si vicinus habet caupo melioꝛa calena:
Quanti ſunt profert:ſic viuitur abſq; timore.
Extremū riſus tamen occupat illico luctus.

NOn ſoli. Scribitur ī culine penariiſq; īfideles diſpēſatores:q̄ abſētib⁹ aut dormiētib⁹ dñis optima q̄q; obſonia ⁊ poculēta in mediū afferūt et āpliter abſumūt:cū tñ q̄cq̄d citra neceſſitatē aut dñi ꝑmiſſionē abſumpſerint aut(quod peius eſt)abſtulerint ī eterno ſupplicio reponere cogent̄. Ordo eſt. Nō ſoli ꝓceres.i.ꝑmores et optimates vrbiū:q̄ vrbiū onera vt trabes edificiorū ſuſtētāt pōdera:viuunt nūc bacchanalia.i.more agētiū bacchi ſacra:q̄ guloſe ⁊ luxurioſe viuebāt:nec ſoli heri.i.rerū priuatarum poſſeſſores:nec dñi potentes.ſ.rerū publicarum ſiue iure ſiue iniuria:graſſant̄.i.violent̄ agūt ſpoliādo īnocentes. Verū etiā famuli ⁊ famule ſociate illis :famuli dico:culine.i.coq̄ne imūde:atq; penu.i.penarij ſeu cellarij:cōmittunt furta. Nā hic.i.vnus eorū furatur vina lagenis.i.per lagenas:dū.i.donec vel qñ herus.i. dñs dormit. Illa.ſ.ancilla aut miniſtra mercennaria:affert ſcʒ in cōuiuiū lardū.i.carnē ſalſam ꝑſertim ſuillā:qđ ſcʒ lardū:ipſa ſuſtulit.i.clā abſtulit. Ille.i.ali⁹ miniſter.cōuocat ſodales.i.alios miniſtros ſocios dapū.ad predā.ſ.ſurreptā dño.nec deſit.i.et non deficit aut deeſt q̄ ferat.i.afferat aucā ſubtractā dño. dau⁹.i. ſeruus ille ex dacia:fert.i.affert.panē herilē.i.ad victū dñi ſui deputatū.teuto.i.miniſter ex teutonia ſeu alemānia:q̄ fere vinoſus eſt affert enophorū.i.vas vinariū:quo vinū afferri ſolet:repletū fonte falerno.i.optimo vino quale in falerno mōte cāpanie italice naſcitur ſed fontē.i.aquā mentitur eſſe. Pithyas.i.ancilla callida(et eſt verſus horatij in arte poetica ne quis vltimā male corripi cēſeat)lucrata talētū ſimone.ſ.dño ſuo emūcto.i.mūdato argento:hoc eſt ſpoliato:ſi caupo vicin⁹ habet calena ſup. vina:melioꝛa q̄ dñis:profert.ſ.ad ſymbolū tantū q̄ti ſup.illa ſunt. et ſic viuitur inter eos abſq; timore:tñ luctus occupat illico extremū riſus.i.gaudiū.




Ruſtica ſimplicitas et nulla fraude colonus:
Dicitur aſtreā detinuiſſe diu.
At nunc nobiliū plumis aſtuqꝫ ſinonē
Ac itachū inſtructus vinceret inſidiis:
Pro farre atqꝫ fabis ſaccū fallacibus armis
Opplet: et ornatū corripit inde ducū.

¶ Scribit in ruſticorū ābitionē ⁊ inſolētiā. Nihil enī īprudēti⁹ eſt arrogātia eorū Nā pro ſimplicitate et iuſtitia: aſtū et fraudē vēdicerūt: et ꝓ pānoſo amictu: ducalē elegātiā et pōpā imitant. Caput plumis. collū torqb⁹. brachia attalicis. i. auro intertexto manicis: pedes roſtratis calceamētis ambientes: et qđ maxime deteſtabile eſt: pro tritico et farre: inſidioſa arma in ſaccum ingerūt. Oīa nota ſunt. Sinon et itachus. i. itachenſis vlyſſes ex ſecūdo eneidos: vt quorū aſtu et inſidijs capta eſt troia.

O Foꝛtunatos nimiū ſua ſi bona noꝛint
Agricolas: quibꝰ ipſa ꝓcul diſcoꝛdibꝰ armis
Fundit humo facilē victum iuſtiſſima tellus:
Si non ingentem foꝛibus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit edibus vndam:
Nec varios inhiant pulchꝛa teſtudine poſtes:
Illuſaſq; auro veſtes: ephyꝛeaq; era:
Alba nec aſſyꝛio fucatur lana veneno.
At ſecura quies: ⁊ neſcia fallere vita:
Et patiens operum paruoq; aſſueta iuuentus
Adſunt his ſanctiq; patres: extrema per il los
Juſtitia excedens terris veſtigia fecit.
Sic tibi docte tuo viſum eſt maro tēpoꝛe: verum
Fraus: dolus: ambitio noſtro placuere colono.

O Foꝛtunatos. Carmē hoc fere ē vergilij geoꝛ. ij. quo extollit agri culturā quā nemo bonus dānauit vnq̄ verū noſtri ſeculi prauitas p̄ſca colonoꝝ deprauauit bona. Illi enī iuſti ⁊ ſimplices erāt noſtri ſūt iniuſti ⁊ ambitioſi: vt in ſuperioꝛi diximꝰ. Vñ addidimꝰ duo vltima carmīa quibus deprauatos īnuimꝰ colonos: vt vero maronis verba q̄libet intelligat. Ordo ⁊ explanatio breuis ē. O fortunatos nimiū agricolas ſi norūt ſua bona. i. ſua cōmoda: vt q̄ cunctis malis vrbanoꝝ vacēt ⁊ tot veras poſſideāt cōmoditates: vtpote q̄bꝰ ipſa tellus. i. dea aut vtꝰ terre iuſtiſſima: q2 longe plus reddit q̄ acceperat: fundit ꝓcul. i. remota q̄ſi ꝓculſa: armis diſcordibus: vt ſunt inteſtina: fundit humo. i. per terrā victū facilē. i. parabilē: ⁊ facilē collectu: ſi. i. tametſi domꝰ alta vt ſunt in vrbe altis foꝛibus. i. hn̄s altas fores: non vomit mane totis edibꝰ. i. ex oībꝰ angulis ingentē vndā. i. multitudinē moꝛe vndarū ſe erumpentiū ſalutātum. i. eoꝝ qui ſalutādi gratia ſe ad diuites vrbanos ob ſpoꝛtulā ſeu diſtributionē eleemoſinarū cōferūt. Nec. i. ⁊ q̄ꝙ nō: inhiant. i. auide affectāt poſtes varios pulchꝛa teſtudine. i. ſub teſtudinata camera: ⁊ veſtes illuſas. i. intertextas auro: ⁊ era. i. erea ſigna ephyrea. i. corynthia. nā corynthꝰ olī ephyre dicebaꝶ. Vbi aūt cōbuſta ē er auro. argento ⁊ reliq̄s metallis quoꝝ illic magna vis erat iuēta ē ſpecies eris ad ſigna fingenda optima. Nec lana alba (nā nigre nō ībibūt colorē) fucaꝶ. i. ībuiꝶ veneno aſſyrio. i. coloꝛe tyrio hoc eſt purpureo. At. i. nihilominꝰ: quies ſecura. ⁊ vita neſcia fallere: ⁊ iuuētus. i. multitudo iuuenū patiēs opū. i. laboꝝ ⁊ aſſueta paruo. ſ. ſūptu: adſūt his. ſ. colonis: ⁊ patres ſancti. i. incoꝛrupti iudices vt ſequētia docent.

# De paupertatis contemptoribus



Percutite in faciem: colaphos impellite tergo:
  Dum teneam loculos omnia perpetiar.
Pręter pauperiem nihil intolerabile cuiq̄:
  Qꝫ nūmos oculos perdere pręſtiterit.
Haud facile emergunt quorum virtutibus obſtat
  Res anguſta domi: nec magis ampla ſeges.
Solus ludibrio eſt qui nil habet. At male ſane
  Omnia qui fecit ſua ſit habere nihil.

¶ Scribit i ſtultos diuitiarū amatores: in quos dicit pſal. Diuitie ſi affluerint nolite cor apponere: ſed tales gratius intuent aurū ꝙ celū. Carmina hec aperta ſunt. haud facile emergunt id Iuuenalis eſt: ſua ſit exemplo ſuo et verbo dicens. Si vis perfectus eē vēde oīa q̄ habes ꝛ da pauperibus.

INfantem nudū cū te natura crearit
Paupertatis onus patiēter ferre memēto:
Quod ſi pertuleris cenſebis munera nondum
Intellecta deū: nec fruſtra ꝓtulit arcas.
Aude hoſpes contēnere opes: et te quoq₃ dignū
Finge deo: rerū quo non eſt dignus amator.
Mēs alia eſt noſtris quos dant mala tēpora ſtultis
Hos ſolos aiūt ſapere et bene viuere: quorum
Cōſpicitur nitidis fundata pecunia villis.
Et genus et mores regina pecunia donat.
Quātū quiſq₃ ſua nūmorū ſpectat in arca
Tantū habet et fidei: ſiquidē dat cenſus honores
Cenſus amicicias. paupertas gaudia celi.

INfantē ꝛc. Carmina hec ſūpta ſūt ex diuerſis authorib⁹ duo ꝓ-
ma ex catone. Illō aūt ꝛ mūera nōdū ītellecta deū: lucani eſt de
paupꝑtate At illō Aude ho. cū pricipio ſequētis vergilij in lib.
viij. Hos ſolos eſt horatij ī epiſtol. Similiter illō. Et gen⁹ ꝛc. Illō
vero. Quantū quiſq₃ eſt Iuuenalis. Sed qđ ſequit dat cenſus honores eſt
Ouidius. At vltimū et pauca alia/nr̄a ſunt: vñ ex multis vt ꝓpoſui pānoſ-
ſam ꝯſui ſatyrā. Ordo autē eſt. Cū. i. qm̄: natura creauit te infantē nudum:
quod ꝛ Iob atteſtat. Nud⁹ egreſſ⁹ ſum de vtero matris: memēto ferre on⁹
paupꝑtatis qđ dūtaxat illis graue ē q̄ illō inuite ferūt: vñ beati paupes ſpū.
Quod. ſ. onus ſi ꝑtuleris. i. ad finē vite tuleris: q₂ leue eſt miſerias ferre:
ꝑferre aūt graue: qđ ꝟbū ſenece ītelligā donec ad cōſūmationē euaſeris:
q₂ de virtute dr̄. ſed requiē ꝓbet feſſis: in ꝟtice ſūmo: ſi ergo pertuleris: cen-
ſebis ſup. eā: eſſe munera. i. bñficia deū. i. deorū: nōdū ītellecta. ſ. a ſtultis q̄
neſciūt quāte requiei et interni gaudij pariat non ſordida paupꝑtas Et ar-
cas. ſ. euander ꝓtulit. i. dixit. viij. enei. ad eneā. nō fruſtra: o hoſpes. i. enea:
aude q₂ ꝑpauci id fecerāt: vñ terribile tūc videbat ꝯtēnere: opes. i. diuitias
et finge. i. effice et oñde: te q̄q₃ dignū deo. ſ. hercule. qui eodē ꝓus ſuſcept⁹
fuerat hoſpitio: quo. ſ. deo authore ſeneca hoc verbū cōmēdāte: nō ē dign⁹
amator rerū. Alia mens eſt noſtris ſtultis q̄s mala tēpora dāt. i. ꝓducunt
Vñ Iuuenalis: Terra malos hoīes nūc educat atq₃ puſillos. Et ſup. ipſi
aiunt hos ſolos ſapere et viuere bene. i. decēter: quorū pecunia cōſpicitur
fundata: villis nitidis. Et ſup. quib⁹: pecunia donat. genus. i. generoſitatē
et mores. ſ. ꝓbatos. Et q̄ſq₃ h₃ tm̄ fidei. i. tm̄ cuiq₃ cōfidit: quātū nūmorū
ſpectat in arca ſua. Siquidē cēſus. i. āplitudo opū q̄ ꝑ cēſū cognoſcebat:
dat honores et amicicias: vñ Iuue. o nūmi vos eſtis fratres. Paupꝑtas
dat gaudia celi: q₂ pauperū eſt regnū celorū.

# De non perſeuerantibus in bono ope.



Quiſquis inceptū pigritans honeſtum
Deſerit munus: vel aratra ducens
Spectat auerſus: nequit eſſe ſummo
    Munere dignus.
Quęlibet expectat virtus ſua pręmia: verum
Aufert propoſitam conſtantia ſola coronam.

¶ Scribit in nō pſeuerātes in quos dr̄ luce. ix. Nemo mittens manū ſuā ad aratrū: ⁊ aſpiciēs retro: apt⁹ eſt regno dei. De ſtultis autē aratorib⁹ habet. Eccli. xxxvi. Qui tenet aratrū ⁊ q̄ gloriat̄ i iaculo ſtimulo boues agitat et cōuerſat̄ i opib⁹ eorū. ⁊ narratio ei⁹ i filiis taurorū. Cor ſuū dabit ad verſādos ſulcos: et vigilia ei⁹ i ſagina vaccarū. Verū hoc ſcđo dicto videt̄ poti⁹ i re vili ſpē ⁊ gloriā ſuā reponētes q̄ nō pſeuerātes argui. q̄ xo ſola pſeuerantia coronat late eſt apđ auguſtinū de bono pſeuerātie declaratum.

Incepiſſe nihil ſi non perfecerit affert
Artifici laudis: nil pꝛofuit ante fuiſſe
Diſcipulū domini iude qui tradidit ipſum.
Nil pietas diro pꝛodeſt ſimulata neroni.
Atqꝫ parū confert incepta aſtrea pylato.
Nilqꝫ paleſtine pꝛodeſt lex pꝛiſca colonis.
Nāqꝫ electa pꝛius gens eſt abiecta: pudendo
ꝙ dominum celi confixit perfida ligno.
Multi antichꝛiſti iam multo tempoꝛe nati
Recte inceperunt ſed perficere haud voluerunt.
Sola igitur palmā confert conſtantia verā
Pꝛoinde bene inceptū cōſtanter perfice munus.

Incepiſſe nihil. Carmē hoc totū ē in cōmēdationē ꝑſeuerantie quā null⁹ ſtultorū obtinet: et que ſola coronā affert. Nā niſi q̄s legitime certauerit vſqꝫ ad finē nō coronabiꝉ. Multi aūt bene īceperūt q̄ in malo vitā finierūt. Ut erāt falſi diſcipuli: tot falſi chriſtiani. Nihil profuit iude traditori ꝙ ad apoſtolatū euect⁹ erat: q: epiſcopatū ei⁹ tulit alter: nihil neroni ꝙ an̄ īperiū adeptū humanā benignitatē ſimularit. Parū prodeſt pylato ꝙ tantus amator iuſtitie viſus eſt prius ꝙ̄ dominū morti traderet vt rarus ſit inuentu inꝉ xp̄ianos iudices q̄ ſi hominem (cuiuſmodi tunc videbaꝉ xp̄s) abiectū et humilē: oīm pōtificū ⁊ ſcribarū: totiuſqꝫ ppl'i vocib⁹ crucifigēdū expoſtulari audierit tam antie ad ei⁹ ꝯdiudicationem procederet aut tot labores ꝑ ei⁹ redēptione obiret: parum dico prodeſt: quia vero ſiꝉ eſt miti⁹ torqueri ꝙ̄ ſi ſtatim ꝯdēnaſſet: vn̄ ⁊ dominus propterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet. Ordo autē eſt Incepiſſe. ſ. aliq̄ꝺ opus nihil affert laudis artifici: ſi non perfecerit. Fuiſſe ante. i. prius diſcipulū dn̄i: nihil ꝓfuit iude qui tradidit ipſum. Pietas ſimulata. ſ. ante īperiū: nihil profuit neroni diro. Atqꝫ aſtrea. i. iuſtitia īcepta ſcilicet ante cōdēnationē chriſti confert parū pylato. et lex priſca. id eſt obſeruatio veterum ceremoniarū nil prodeſt colonis paleſtine. i. iudeis qui ex egipto in paleſtinā venerūt. Nā gēs electa pri⁹ eſt abiecta: ꝙ. i. quia: ipſa ꝑfida confixit dominū celi: ligno pudēdo. ſ. crucis: in qua tūc turpiſſima erat mors. Multi antichriſti nati iā multo tp̄e (q: ex eo tp̄e quo ioannes epiſtolam primā ſcripſit: in cuius ſecūdo cap. dicit. Nunc antichriſti multi ſunt. Unde ſcim⁹: q: nouiſſima hora eſt. Ex nobis prodierūt: ſ ꝫ nō erāt ex nobis Nam ſi fuiſſent ex nobis ꝑmāſiſſent vtiqꝫ nobiſcū ⁊c.) inceperunt recte: ſed haud voluerūt: q: nō habuerūt gratiā dei q̄ dat velle ⁊ ꝑficere. aut q: reſtiterunt ei. Igiꝉ ſola ꝯſtantia. i. ꝑſeuerātia cōfert verā palmā. i. coronā victorie proinde. i. et ideo: ꝑfice conſtāter mun⁹. i. officiū inceptū bene. i. recte.



Vir ſapiēs ⁊c. Scribit in ſtultos nimiū credulos q̄ adulatoribꝰ ac delatoribꝰ ſeu delatricibꝰ auriculas ꝑbēt vt eua ſerpenti dicēti neq̄ꝙ moriemini ſꝫ eritiſ ſicut dij: ⁊ adā eue. Et phutifar vxori ioſeph iuſtū ⁊ caſtū de ſtupri īterpellatiōe accuſanti: vt fabule de hyppolyto dicūt: quē theſeꝰ rex athenarū credulꝰ phedre vxori ob ſuſpectā ſtuprādi volūtatē eqs a phocis ꝯternatis dilacerādū ꝓcurauit. At achab rex q̄ cōſilio vxoris iezabel ꝑmiſit occidi naboth vt hēret eiꝰ vineā et ſecutꝰ eſt idola q̄ fecerāt amorrei. iij. Reg. xxj. Peccauit etiā herodes cōſilio eiꝰ quā ꝓ vxore habuit: Nā diuū baptiſtā decollandū tradidit. Ecōtrario deianyra vxor herculis cōfidēs neſſo centauro marito exitiū venenata camiſia tulit. Deniqꝫ raro iuſtꝰ peccauit niſi ꝑ malū cōſiliū. nā niſi bonū putaret nō ipſū ſeq̄ret. Ordo aūt eſt. Vir ſapiēs nō arriget ſtulto aures patulas. i. ſemꝑ patētes: fugiet ꝑcūctatorē. i. ſciſcitatorē occultorꝫ. nam idē ē garrulꝰ. i. futilis nequiēs ſecreta celare: ꝑcipue nō credet vxori: querēti: multa. i. multū: de ſeruo aut nato. ſ. mariti hoc ē priuigno ſuo: vt phedra de hippolyto qua re. i. ob quā rē. i. nimiā credulitatē mariti ī vxorē. ioſeph caſtꝰ: nolens cognoſcere vxorē phutifaris ꝑijſſet: vt ſup. perijt hippolytꝰ filꝰ theſei: accuſatus a phedra nouerca: niſi maximꝰ author etherꝫ. i. verꝰ deꝰ celi et terre rex ⁊ creator: ꝓſperiſſet meliꝰ ei. ſ. ioſeph: ꝙ rector aq̄rū videlicet neptunꝰ aut egeus ſup. ꝓſperit theſide. i. filio theſei: videlicet hippolyto: miſero. i. miſerādo. Adā miſerrimꝰ vel ꝓpē iacturā: vel ꝓpē deceptionē: cecidit credulꝰ vxori. ſ. eue. ſic lapſus ſup. eſt achab. de quo iā dixi: et ſic ꝑijt herodes q̄ diuū baptiſtā decollari vt placeret vxori ⁊ filie eius iuſſit. At. i. ſed: cōtra. i. ecōtrario deianyra vxor herculis: ruit. ſ. ad necē mariti: credula. i. qꝛ crediderat neſſo. ſ. cētauro. q̄ occiſꝰ telis herculis hydrino ſanguine īfectis vt vltionē necis ſue hēret ꝑſuaſit mulieri vt herculē ſola poſſideat camiſiā ſuo ſāguine ībuere: quā vbi īduit hercules ardore īterijt. Cetera patent.



Turbida cōmotis fore ventis ęquora noui
    Me tamē in pelag 's traxit auaricia.
Nunc pœnas pendens dijs ſurdis vota preceſq;
    Effundo: et ſubitam poſco miſellus opē.
Poſco/ſed irridet neptunus verba precantis:
    Iuſtū eſt diſcrimen qui petit inueniat.

❡Scribit in temerarios piculorū ↄtēptores in quos etiā ꝑus locuti ſumꝰ citauimuſq; illud Eccli.3. Qui amat piculū in illo pibit. hic autē locꝰ ſpecialit ↄcernit nauigātes de quorū temeritate erit ſequēs ex horatio locꝰ. Nūc penas pēdēs .i. psoluēs Irridet neptunꝰ. qꝛ vt eſt ī mimis publij. Fruſtra neptunū īuocat qui ſecundū patit naufragiū. Diſcrimē .i. piculū: interdum ſignificat differentiā a diſcernēdo. qui petit .i. q̄ aggredit. Cetera patent.

Lli robur et es triplex
Circũ pectus erat: qui fragilẽ truci
Cõmiſit pelago ratẽ
Pꝛimus: nec timuit pꝛecipitẽ aphꝛicũ
Decertantem aquilonibus.
Nequicq̃ deus abſcidit
Pꝛudens oceano diſſociabili
Terras: ſi tamen impie
Non tangenda rates tranſiliũt vada.
Audax omnia ꝑpeti
Gens humana ruit per vetitũ nefas.
Nil moꝛtalibus arduũ eſt.
Celũ ipſũ petimus ſtultitia: neq3
Per noſtrũ patimur ſcelus
Iracũda iouẽ ponere fulmina.

Lli robur ⁊c. Carmẽ ẽ horatianũ ꝑlo carminũ: quo carpit temeritas hoĩm aliena elemẽta tentãtiũ ⁊ ꝓcipue maria. Ordo aũt ẽ. Robor.i. robuſtitas et es.i. armatura triplex: aut amoꝛ vehemẽs eris: erat circũ pectꝰ.i. ĩ ꝓcordiis illi q̃ ꝑmꝰ ꝯmiſit pelago.i. mari: truci.i. truculẽto ⁊ ĩmiti: ratẽ.i. ꝯnexionẽ trabiũ: aut nauẽ fragilẽ. q2 vix triũ digitorũ denſitatẽ hꝫtẽ. Vñ Sap ie. xiiij. Iterũ aliꝰ nauigare cogitans et ꝑ feros fluctꝰ iter facere ĩcipiẽs ligno poꝛtãte ſe fragiliꝰ lignũ ĩuocat. Illũ eñi cupiditas acq̃rẽdi excogitauit. Et paulo poſt. Exiguo ligno credũt hoĩes aĩas ſuas ⁊c. Nec timuit aphꝛicũ.ſ. vẽtũ ꝑcelloſũ: decertãtẽ.i. colluctãtẽ: aq̃lonibꝰ.i. vẽtis ꝯtrariis. Deꝰ prudẽs.i. ꝓuidẽs temeritatẽ humanã abſcidit.i. ſeꝑauit: q2 aridã fũdauerit manꝰ eiꝰ: nequicq̃.i. fruſtra oceano.i. magno mari oꝛbẽ terrarũ cingẽte: diſſociabili.i. qđ diſſociabile fecit cũ ꝓprie terre adhereat. ĩmo terrã cõs ꝑiat. terras.i. regiões habitabiles ſi tñ.i. nihilominus: rates ĩpie: oꝛdinẽ diuinũ cõtẽnẽtes: trãſiliũt vada.ſ. marina: nõ tãgẽda.i. q̃ tãgi nõ deberẽt. Gẽs hũana audax ꝑpeti oĩa: ruit ꝑ nephas vetitũ.ſ. a deo. Nil eſt arduũ.i. nimis altũ aut difficile moꝛtalibꝰ: q2 nos petimꝰ ſtultitia.i. ꝑ temeritatẽ ipſũ celũ. ſicut dedalꝰ q̃ volauit: aut edificatores turris babilonie aut ꝓmetheus qui ferula ignẽ de curru iouis ſurripuit aut qui ꝑ ſtultitiã ſperãt ſe ĩgreſſuros celũ. neq3 patimur ꝑ noſtrũ ſcelꝰ iouem id eſt iuuantẽ patrẽ qui deꝰ eſt: ponere.i. deponere fulmĩa irracũda.i. iracũdie teſtimonia.



Cū mihi diuini ſit declamatio verbi
  Iniūcta officio: plurima diſſimulo.
Hic etenim colaphis vel ſtricto territet enſe
  Ille neget menſis pinguibus accipere.
Sic taceo verū quod non eſt rite tacendū:
  Nauē ſtultiferā meqꝫ meiſqꝫ replens.

¶ Scribit in eos qui cū ex officio teneant veritatē p̄dicare diſſimulāt aut timore aut adulatione aut auaricia īducti. Verū q̄dē eſt/q̄d alibi diximus q̄ q̄n̄qꝫ nocet oīa vera loqui. Neqꝫ debēt declamatores vt in ſequēti dicam occulta vitia reuelare/exp̄ſſis p̄ſertim h̄s qui ea cōmittūt: neqꝫ ſūmas maieſtates ſic taxare cū vnice ſint vt eorū vitia oībus īnoteſcant: verū poſſunt vitia deteſtari etiāſi dn̄i loci illis polluti ſint: neqꝫ vnq̄ veritatē tacere ſi cōduxerit ad ſalutē audientiū eā expreſſiſſe. Carmina patent.

Vir bonus ⁊ ſapiēs audebit dicere pētheu
Rector thebarum quid me pferre patiq̄
Indignū coges? Adimā bona. Nēpe pecus: rem:
Lectos argentum? Tollas licet. Et manicis et
Compedibus ſeuo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe deus ſimul atq̄ volam me ſoluet. Opinor
Hoc ſentit: moriar. mors vltima rerum eſt.

Quidam notus homo cum ꝓpter libera verba
Submergendum vndis cenſeret rex metuendus.
Dic ait hoc regi ꝑ aquas maturius altos
Aduehar in celos: per equos ac ipſe volantes:
Summum eteni ſcelꝰ eſt vitā pręponere vero.

Vir bonus ⁊ ſapiēs ⁊c. Carmē hoc ſcribit ab horatio ſaltē pro
plurima parte libro pri° epłaꝝ epła. xvij. in fine: quo oſtēdit
virū bonū ⁊ ſapientē et iā fortitudine ⁊ magnanimitate predi
tū eē: vt etiā tyrānos nō metuat. quid enī metuat qui mori non
reformidat. Nō debēt itaq̄ ꝑdicatores verbi dei ob timorē veritatē tacere
dūmodo expediat eam manifeſtari. Nā qui per timorem occultat veritatē
ꝓuocat in ſe iram dei. Melius eſt enī ꝓ veritate ſuppliciū pati q̄ beneficiū
habere ꝓ falſitate. de quo plura habent. xi. q. iij. quis metu. xl. diſ. ſi papa
xliij. diſ. ſi rector. Unde ⁊ actuum. v. Obedire oportet deo magis q̄ homi
nibꝰ. Ordo aūt ē. Vir bonus ⁊ ſapiens audebit dicere: q: nullū timet. O
pentheu rector thebarū: qui rex erat multū rigidꝰ ⁊ abſtemiꝰ. i. abſtinens
a vino: q̄d coges me pferre ⁊ pati indignū. i. quod ſit viro bono indignum
q. d. nihil: q: nihil eſt eo idignū preter peccatū ad quod nemo cogitur. Nā
malū pene nulli affert indignitatē. Reſpondet pentheus. Ego adimam. i.
auferam tibi bona. i. fortunas tuas: ſed q: bona ſunt et a☐ querit vir bonꝰ
Nēpe. i. nonne ipē dicis q̄ adimes pecus ⁊ rem. i. ſupellectilem: ⁊ lectos ⁊
argentum: licet. i. permittitur tibi per me: tollas vt auferas. Addit tyran
nus: ⁊ tenebo te manicis. i. vinculis manuū ⁊ cōpedibus. i. vinculis pedū
ſub cuſtode ſeuo. i. immiti. Reſpondet vir ſapiens. Ipſe deus ſoluet me. ſ.
vinculis ſi☐: atq̄. i. ſtatim qū volā: quod ideo poteſt vere dictū intelligi: q:
non volet prius ſolui q̄ deo placuerit: ſed horatius aliter ſentit: quaſi mine
tur ſibi mortē aut vi au☐inedia: quā nemini permittit religio noſtra. Opi
nor inquit q̄ vir bonus ſentit hoc: videlicet ego moriar: mors autē eſt vltia
linea rerū. i. finis oīm etiam malorum. Quidam notꝰ hō: vt quidā dicunt
frater oliuerius maillardus inſignis predicator verbi dei: qui id ludouico
xi. reſpondit. Uc. i. q̄. Cetera patent.


Anti christus
Nauis sancti petri.

S Cylla antichꝛiſti ventis agitata ſuperbis
Naufragiū vt fecit perdidit inumeros
Is tamen inuerſo reſidens ſuper ardua fundo
Concitat in petri bella ſuperba ſcapham.
Auxilioq; ruunt monſtro plures perituro
Hic dona expectans: ille flagella timens.
Hi ſunt qui chꝛiſti mentiti relligionem:
In ſegetem veram ſemina falſa ſerunt
Quiq; aliter ſacras leges et ſcripta pꝛobata
Q̃ ſacer edocuit ſpiritus: accipiunt.
Hereſibus varijs qui ſcindunt dogmata ſana:
Seq; aiunt ſolos oīa perſpicere.
Unus erat vero percurſoꝛ pꝛecoq; chꝛiſto
Pſeudo ſunt multi: ceu mala plura bonis.

S Cylla antichꝛiſti. Scribit ī hereticos: ſciſmaticos falſoſq; ſacre ſcripture inꝑ̄ptes: q̄ oēs diui petri nauiculā cōcutere moliūtur: ⁊ āti xp̄i quoꝝ ꝑ̄curſores ac ꝑ̄cones videt̄ īgerē nauē defendere. Eā aūt ſcyllā voco alludēs ad nauē cloanthi de q̄ enei. v Sergeſtuſq; (domus tenet a q̄ ſergia nomē) Cētauro ſuehit̄ magna: ſcyllaq; cianthus. Cerulea ⁊c. Illud aūt nomē illi īpoſitū videt̄ a ſcylla mōſtro ⁊ piculo marino: in q̄ð ſcylla phorci pubetenꝰ dracena ꝯuerſa fingit̄ q̄ð nomē naui antichꝛiſti cōuenit: vt̄ qꝛ ī ea oēs nauigātes pibūt: extra enī catholicā eccl̄iaz nō ē ſalꝰ: vt̄ q̄ð mōſtri ſit̄ ē a v̄ra diſciſcere fide ⁊ ad falſā īduci Reſpicio aūt ad picturā ſupiorē: ī q̄ dracho ꝯplectit̄ caput eiꝰ cauda ſua et follibꝰ īſufflatā aurē eiꝰ venenū pſ̄dic: habetq; in dextra ſacculū q̄ attrahit auaros: ⁊ in ſiniſtra flagellū q̄ territat puſillanimes ſedet ſup fūdū nauis euerſe: cū ip̄e nōdū niſi in ꝑ̄curſoribꝰ ſuis apparuerit Ordo ē. Scylla. i. nauis mōſtruoſa ātichꝛiſti agitata vētis ſupbis: qꝛ vt in xp̄o ſūma ſplenduit modeſtia: ita in illo ſumma ardebit ābitio: vt. i. poſt q̄ꝫ fecit. i. paſſa ē naufragium perdidit ſubmergendo īnumeros. ſ. ſtultos ī ea ſalutē q̄rentes. Tn̄. i. q̄uis nauis fracta ⁊ īuerſa ſit: is. ſ. antixp̄s reſidens ſup ardua. i. faſtigia: fundo. ſ. nauis īuerſo. ſurſū v̄ſo q̄ īfimus erat ꝯcitat in ſcaphā. i. nauiculā petri bella ſupba: ⁊ plures. i. cōplures ruūt. i. ꝑ̄cipites currunt auxilio mōſtro. ſ. anti xp̄o: pituro. ſ. tandē: hic ſup. ruit expectans dona: ille ruit timēs flagella. hi. ſ. ita ad ip̄m currētes ſūt falſi chꝛiſtiani q̄ mētiti relligionē xp̄i ſerunt ſe īa falſa. i. hereſiz ī ſegetē verā. ſ. chꝛiſtiane eccl̄ie. ⁊ oēs q̄ accipiūt. i. intelligunt ⁊ īterp̄tant̄ aliter leges ſacras ⁊ ſcripta ꝓbata. ſ. ab eccl̄ia catholica q̄ꝫ ſp̄us ſacer edocuit: ⁊ q̄ ſcidunt. i. diſtrahūt varijs hereſibꝰ. i. electionibꝰ ⁊ ſectis ꝑuerſis dogmata ſana: ⁊ aiūt ſe ſolos pſpicere. i. pfecte cognoſcere oīa. vnꝰ ꝑ̄curſoꝛ ⁊ ꝑ̄co. ſ. Jo. bap. erat vero xp̄o: ⁊ mlt̄i. ſ. precurſores ſunt pſeudo. i. falſo xp̄o: ceu. i. velut mala ſunt plura bonis. i. q̄ꝫ bona.



Fraus nimis nota eſt tua chalchimiſta
Nilqꝫ ſufflando poteris lucrari.
Calce corrumpam laticem lyei
Et pice cęram
Quos arabs mollis legit hinc odores
Arte miſcebo: croceumqꝫ florem
Carne defecti vitians caballi.
Plura lucrabor.

¶ Scribit vt ex titulo paret in rerū quarūlibet falſarios: quales ſūt quos ꝓ chalchimiſtis alchimiſtas vocant corrupto vocabulo vt in ſequenti dicā hic aūt nihil reor obſcuri. Calce corrumpam. Reſponſio eſt falſarij vſqꝫ in finem: odores. i. ſpecies aromaticas odoriferas: defecti ſenio confecti: caballi. id eſt equi.

D Jcite degeneres hoim generatio pꝛaua:
Cur tātū pꝛopatis opes cumulare caducas
Artibus vt falſis ſincera dei vitietis
Munera: nū rerū ſpecies mutare poteſtis?
Quid ſibi foꝛnaces: quid vult ſibi fiſtula longa?
Quid fucatoꝛū diſtentus ſaccus odoꝛum?
Ipſe deus veras ſine fuco donat abūde
Tot rerū ſpecies: nec miſcet muſta vetuſtis.
Uos falſis veros rebus vitiatis odoꝛes
Uos rez fucatas atqꝫ incruſtamine tectas
Uenditis vt veras et firmo roboꝛe fultas.
Tollite tot phucos non vult tectoꝛa verū.

D Jcite ꝛc. Scribit̃ i rerū depꝛauatores ꝛ falſarios īter quos cū oēs iniq̄ ſint: ſtultiſſimi merito hn̄tur q̄s vulgꝰ alchimiſtas vocat: philelphꝰ aūt epiſtolarū lib. xxxiiij. et epl̄a xix. aptiꝰ calchimiſtas appellat dicēs. Sūt veteratores quidā ꝛ doloſi pditiqꝫ hoies q̄ aliīs atqꝫ aliīs ꝛ iuentis ꝛ fraudibꝰ pecunias ab hoibꝰ ipitis extoꝛquere moliūt̃. Ex quoꝝ nūero ſunt hi. q̄ chalchimiſte vulgo appellantur: quoꝝ facultas q̄lis ſit nomē ipſū declarat. Chalchimia dicta eſt a chalchos / quo noie es ſignificat̃ et mieno. i. corrūpo et vitio: quinetiā miaſma pollutionem ſcelusqꝫ ſignificat. Qui autē putāt ex ere vitiato et corrupto aut argētū fieri poſſe aut aurū: ij mihi et ſtulti videt̃ ꝛ fatui: cū ignorēt oīno que vis que natura ſit vel ſpeciei vel generis. At eiuſmodi nebulones noīa quedā herbarū et aliarū huiuſmodi rerū excogitāt ſolis ſibi nota. q̄ nihil pre ſe ferunt p̄ter deliramenta et fraudes ꝛc. hec ille. Cōtra chalchimiſtas quos alchimiſtas vocant vide tex. in c. epi circa finē. xxvi. q. v. vn̄ et illud ariſtotelicū: Ualeāt chalchimiſte. quoniā ſpecies rerū trāſmutare non poſſunt. Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquā creaturā aut in melius aut in deterius mutari aut trāſformari in aliā ſpeciē vel in aliā ſimilitudinē / niſi ab ipſo creatore q̄ oīa fecit: et per quā oīa facta ſūt: procul dubio infidelis eſt: et pagano deterioꝛ. Necꝫ tn̄ ſoli pniciosi ſunt qui ſpecies metalloꝝ trāſmutare conant̃. ſed etiā multo pniciosiores q̄ poculēta et eſculenta aut medicamenta vitiantes / moꝛtales ſine nūero occidūt. Quos tāgo in carmine ſupioꝛe: cuiꝰ ſiq̄ habet difficilia hec ſit explanatio. Degeneres. i. a generoſitate humana q̄ ad imaginē dei foꝛmata eſt degenerātes. Nū. i. nūqd q. d. minime. Foꝛnaces i qbꝰ ſuffitāt. Odoꝛū aromatū. ſine phuco. i. adulterino coloꝛe. Muſta. i. noua. vetuſtis. i. effetis vt faciunt aromatarij ſiue apothecarij. Incruſtamine. i. exterioꝛi integumento. Uerū. id ē veritas aut res vera: nō vult tectoꝛia. i. icruſtatiōes et velamēta. rū.

Calchymia.
Calchos. aneno.
anaſma.
phucus.



Perfidis ſtultis ſimul et malignis
Non ſat eſt recti nihil auſpicari
Sed bonos pulchro retrahunt ab orſu
Voce nephāda.
Cur colas aiunt ſuꝑos ſuꝑbos?
Cur domos ſenſu reꝑes carētes?
Cur cibū frangas ſtolidis egenis.
Indigus ipſe?

¶Scribit in ꝑuerſos ſtultos a bono oꝑe retrahētes: cum ipſi nihil boni agant at ne auſpicent .i. ne īcipiāt quidē. Orſu .i. incepto. Maro: tenuē formauim⁹ orſū. Suꝑos ſuperbos: nihil mortalia curantes. domos .i. deorū edes quas per contemptū domos vocāt. Stolidis vtpote min⁹ induſtriis. Indigus .ſ. futurus.

QUid tibi vis demens? cur tēpla caduca frequentas:
Cur tua ieiuna marceſcunt viſcera fauce?
Quid ve tibi gratas res imptiris egenis
Turpibus: ignauis & nullo munere dignis?
Quid ſuperos fatua pulſas prece: ſi quid agendū
Conſtituere: tuo ſine munere perficietur.
Indulge genio tantiſper: dulcia carpe
Dum viuis: cinis & manes & fabula fies
Viue memor leti: fugit hora: hoc qđ loquor inde eſt
Ieiunent quibus eſt ſolido de marmore vertex
Sanctorum ſtatue: ſic nequā cōſulit: at tu
Vir bone ſpiritui ne credas protinus omni.

QUid tibi vis demēs. Argumētū patet ex titulo: carmina autē partim ſumpta ſūt ex q̄nta ſaty. perſij: ptim a nobis excogitata. Ordo aūt ē. vt dicat retractor a bono ope ad hoīez libenꝫ tēpla dei viſentē: aut ieiunātē: aut eleemoſynas faciētem: aut ſupos p̄cantē. O demēs q̄d vis tibi: cur frequētas. i. frequēter viſis tēpla: caduca. i. ꝑitura & vt ſtulti dicūt ſtructilia: & ita cū piculo vite tue forſan caſura: Cur viſcera tua marceſcūt aut macreſcūt: fauce ieiuna. i. ſicca & arida vn̄ dicūt faceti epulones dū eſuriunt perſuaſum eē ventri: gulā eē laq̄o fractam aut ſtrangulatā: ve ꝓ vel: q̄d. i. ad q̄d: imptiris. i. īpēdis egenis turpibus: q̄ turpis videt egeſtas: ignauis. i. nihil oꝑantibꝰ: et dignis nullo munere: qđ de q̄buſdā veriſſimū eſt: ſed nō ea intentione dicit id malignꝰ: cur inquit imptiris talibus: res gratas. id ē adhuc vtiles tibi. Quid. i. ad quid pulſas. i. obtundis ſuperos. prece fatua. i. inaniter incepta. q. d. dij nō mouēt precibus: q̄ ſi cōſtituere q̄d agendū. i. qđ agetur illud ꝑficietur ab eis ſine munere. i. auxilio tuo. Igitur indulge. i. īdulgēter incūbe: genio. i. appetitui naturali: carpe. i. auide abſume: dulcia. i. res dulcis & voluptarias: tātiſper. i. tādiu: dū. i. donec viuis: tu fies. ſ. mox: cinis quātū ad corpus & manes q̄tum ad aīam: & fabula quātū ad vitā: viue igitur nihil ꝑdens de tpe ext̄is memor leti. i. mortis: q̄ nō poteris bonis tuis diu frui. Nā hora fugit. i. ꝑnix abit: hoc qđ loquor. i. tēpus hoc quo te admoneo: eſt inde. i. de hora vite tue. Ieiunēt ſtatue. i. ſimulacra ſanctorū: q̄bꝰ ē vertex. i. caput: de marmore ſolido. i. integro: hoc eſt vt dicūt: que habēt durum caput. Addo nequam. i. homo peruerſus nihil quiens boni: cōſulit ſic. i. vt dictum ē. At tu vir bone ne credas protinus. i. omnino aut cōtinuo omni ſpiritui. quod ex ſacra lectione ſumptum eſt.



Nemares ſolos fatuos putares
Virgines cenſet fatuas redemptor
Lampades ſecum vacuas tuliſſe
Nec ſibi notas.
Non tamen ſexus minus hic virilis
Carpitur: ſtultę ſiquidem puellę
Quinq; ſunt ſenſus: oleumq; mentis
Lumen opuſq;.

❡De hoc loco latiſſime in naui ſtultarũ diximus: taxantur qui bona opera negligunt per virgines illas quinq; fatuas ex euangelio inſignes notati: per quas quidã ſenſus quinq; intelligunt: ⁊ ꝑ oleũ lumẽ mentis. i. ſcientiã et opus. ſ. bonum. Auguſtinus autẽ argutius diſputat.

Queritis ah fatue tantū ſine lumīe ſpōſū:
Janua claudetur nec vos agnouerit ille.
Sumite lampadibus: dū tempus habetis: oliue.
Pacifere fructus oleū: ne forte vocatis
Nocte intempeſta ſine lumine ſit migrādū:
Ah miſere fatue que vos dementia cepit
Si vos īueniat vel tunc ſine lumine ſpōſus
(Quādo īpertiri nemo volet) illius aula
Excluſe in tenebras mox detrudemini opacas
Nūq̄ viſure ſponſi faciē peramenā.
Sed nigra tetrorū conſortia demoniorū
Neglectiq̄ȝ olei penā exiget ignis et vmbra
Morſus et horribilis vermis qui non morietur.

Queritis ⁊c. Argumētū ſumptū eſt ex lo euāgelico Matthei xxv. Sile erit regnū celoꝝ decē virginibꝰ q̄ accipiētes lampades ſuas exierūt obuiā ſpōſo ⁊ ſpōſe. Quiq̄ȝ aūt ex eis erant fatue ⁊ quiq̄ȝ prudētes. Sȝ quiq̄ȝ fatue accepti lāpadibꝰ non ſumpſerūt oleū ſecū. Media aūt nocte clamor factꝰ eſt ecce ſponſus venit exite obuiā ei ⁊c. q̄ parate erāt ītrauerunt cū eo ad nuptias ⁊ clauſa eſt ianua. et cū reliq̄ venirēt dicētes dn̄e dn̄e / api nobis. ille rn̄dēs ait. Amē dico vobis: neſcio vos. Vn̄ addit. Vigilate itaq̄ȝ q2 neſcitis diē neq̄ȝ horā. Ordo eſt / ah q̄ exprobrādi īteriectio ē vt illic ah coridō coridon q̄ te demētia cepit et Ah virgo infelix ⁊c. Et Quē fugis ah demēs ⁊c. fatue. ſ. v̾gines: q2 ī viridiore etate oleū ſapiētie ⁊ bonorū operū acq̄rēdū eſt: queritis tm̄ ſpōſū. ſ. eterni pr̄is filiū: ſine lumīe. ſ. gr̄e ⁊ charitatis q̄ ignis ē. q. d. id fruſtra facitis. q2 vanū ē vobis an̄ lucē ſurgere. Janua claudet nec ille: ſ. ſpōſus agnouerit vos. i. nō ītromittet vos vt notos admittimꝰ ⁊ amicos. Sumite dū. i. donec habetis tēpus (q2 neſcitis diē neq̄ȝ horā) lāpadibꝰ. i. p lāpades vr̄as oleū appoſitorie fuctus oliue pacifere. i. preſe ferentis pacē vt pȝ p colūbā noe qđ et poete atteſtant. V̾ aūtē inuētū minerue vn̄ et ſapientiā notat. ne forte ſit migrādū ſine lumine vobis vocatis nocte intempeſta: quia media nocte. Eſt aūt ſpōdaicus verſus non ptinēs. qđ alij iudicent Ah miſere id eſt miſerande fatue que dementia cepit vos. ſi ſponſus inueniat vos vel. id eſt tunc. id eſt in nouiſſima hora. ſine lumine gratie vt dixi et bonorū operum quando. id eſt quoniā nemo volet īpertiri. ſcȝ oleū ſuū. vos excluſe ab aula illius detrudemini mox ī tenebras opacas: quia vt dicunt palpabiles. Ignis et vmbra. q2 ignis ſine luce. Cetera patent.



Quando votorũ non eſt menſura malorũ
 Cogor ea ad ꝑtes ſepe vocare meas.
Hic inſanus opes ſũmũ putat eſſe bonorũ
 Ille volluptates carnis et illecebras.
Hic magnũ ĩperiũ vel honores ordine geſtos
 Ille venuſtatẽ.robur.et eloquium.
Sic via ſtultorũ feruet pede trita frequenti
 Et friget veri ſemita recta boni.

¶ Scribit in ſtulta hoim vota de qbꝰ ſupra quoqꝫ locuti ſumꝰ: ꝛ ĩ ꝑuerſã ac ĩprobã ſtultorũ viã: q̃ ꝓpe q̃ ridẽtes ducit ad ꝑditionẽ: vt ſũt oms qui in alio ſũmũ cõſtituũt bonũ ꝙ in ipſo deo: ſine quo nullũ eſt verũ bonũ: nec humanum explere poſſet animũ. ¶ Ad ꝑtes.i.ſatyre. ¶ Cetera euidentia ſunt.

EſT via felicis que ducit ad atria vite
Ardua et anguſta ⁊ pꝛimo conamine dura.
Non oſtentat opes largas: non ſanguine parta
Impia inſontū: non faſces atqꝫ ſecures.
Non foꝛmam fragilē fugitiuaqꝫ roboꝛa carnis.
Nos oꝛ facūdū. non fauces ſuaue canētes.
Non veneris curas nec (vt aiunt) dulcia furta.
Non longā etatē. nō cōiugis oꝛa ſalacis
Non ſobolem multā: non deniqꝫ quicquid iniquis
Et ſtolidis eque ac iuſtis contingere poſſet:
Sed requiē letā feſſis in vertice ſummo:
Eternūqꝫ bonū (quod mens humana nequiret
Obſita moꝛtali cognoſcere coꝛpoꝛe) pꝛebet.

EſT via ⁊c. De via ꝟtutis et voluptatis ꝑus tractauimꝰ ⁊ poſt-modū tractabimꝰ: qꝛ tñ huius rei excogitatoꝛ iterū de via felicitatis hic meminit. et eā non pōt ingredi vitioꝝ laqueis irretitꝰ: paucis de ea loquoꝛ oñdēs in qbꝰ nō ē felicitas reponēda. Sed ne multis queuis teneā ābagibꝰ oꝛdo eſt. Via q̄ ducit ad atria vite felicis. i. beate: eſt ardua. i. ſublimis ⁊ difficilis. et anguſta. i. arcta. Qꝛ ſpacioſa eſt via que ducit ad ꝑditionē: anguſta vero ⁊ arcta q̄ ducit ad vitā ⁊ pauci inueniunt eam et dura pͥo conamine. vñ Maro. Difficileſqꝫ aditꝰ pͥmū ſpectantibꝰ offert. Nō oñtat opes largas. i. abundantes: non oſtentat imperia pta. i. laborioſe acquiſita ſanguine inſontū. ſ. ſubditoꝝ: non oſtentat faſces atqꝫ ſecures. i. inſignia eoꝝ qui in corpus et ſanguinē aīaduertere poſſunt. Non oñtat: formā. i. venuſtatē fragilē. i. cito corrūpēdā: et roboꝛa carnis. i. coꝛpis fugitiua. i. parū duratura. Nō oñtat curas veneris. i. amores: et furta dulcia: vt aiunt. ſ. illis irretiti. Nō oñtat etatē longā. Nō oꝛa. i. faciē cōiugis ſalacis. i. laſciue: Nō oñtat ſobolē. i. ꝓlem multā deniqꝫ non oſtentat qcq̄d poſſet cōtingere. i. etiā cū difficultate dari ⁊ accidere: iniq̄s. i. malis: et ſtolidis. i. oīno ſtultis ⁊ ad pecuniā ſenſū ꝓxime accedētibꝰ eque. i. equaliter. ac. i. vt: iuſtis. Qualia ſunt oīa p̄ter aī ⁊ celeſtia bona. Sꝫ p̄bet feſſis: non tñ defeſſis: qꝛ fidelis deus qui non ſinit vos tētari ſupra id quod poteſtis ⁊c. requiē letā: qꝛ nō mō finē laboꝝ: ſed aſſecutionē totiꝰ boni: prebet dico in vertice ſummo: qꝛ niſi quis legitime ad finē vſqꝫ certauerit non coronabit. Bonū eternū. ſ. deū et gaudia ab eo prouenientia. qđ. ſ. bonū mēs humana. obſita. i. inuoluta corpore mortali: nequiret cognoſcere: qꝛ in coꝛ hominis non aſcēdit que preparauit deus diligentibus ſe.



Alligans feli crothalum ſonorum
Illa ne mures capiat procurat.
Os duos inter iaciens moloſſos:
Arcet vtrumq̄.
Obloquens factis merito probandis
Qui prius ſulci fuerant ferares
Efficit ſurdos: nihil inde fructus
Ipſe habiturus.

¶ Scribit in eos q̄ obloquēdo bonū īpediūt opꝰ: ſimiles illorū q̄ feli ſeu catto vł murilego ne mures aut ſorices capiat nolā appīgūt aut q̄ moloſſis i. canibus bonis ne fures arceant os obiiciunt a cuiꝰ eſu vñ iter ſe īpediūt: faribꝰ acceſſus patet: cū qui illa faciunt nihil inde lucrentur. Crothalū eſt genus inſtrumenti ſonori vt eſt nola. feles eſt catus. ſurdos: ſteriles.

Inuidus alterius rebus macreſcit opimis
Et crebro illiꝰ bñfacto obmurmurat amẽs.
Sic fuſum nardum iudas damnauit auarus:
Iacturam cenſens opus immortalis honoris.
Et nos virtutes ipſas inuertimus atqꝫ
Syncerum cupimus vas incruſtare: probus quis
Nobiſcum viuit: multum demiſſus homo: illi
Tardo cognomen pingui damus: hic fugit omnes
Inſidias: nulliqꝫ malo latus obdit apertum
Cum genus hoc inter vite verſetur: vbi acris
Inuidia: atqꝫ vigent vbi crimina: pro bene ſano
Ac non incauto fictum aſtutumqꝫ vacamus.

Inuidꝰ ⁊c. Scribit quidẽ in eos qui obmurmurãt bene operãtibus ⁊ detrahunt eis atqꝫ ita quatenus poſſũt bona opera impediũt: verũ qꝛ id ſine inuidia nõ fit: auſpicor ab inuido qḋ carmẽ in epiſtolis horatiĳ eſt: ſicut illa. Et nos vſqꝫ in finem in ſermonibus eius. In ſuꝑbos aũt et inuidos qui ob bonum opus iraſcuntur dictum videtur ⁊ illud Tange mõtes ⁊ fumigabunt. Ordo ẽ. Inuidꝰ macreſcit. i. fit macer: rebus opimis. i. pinguibus alterius: ⁊ hõ amẽs obmurmurat crebro benefacto illius. Sic iudas. ſ. ſcariothes auarus: qꝛ ex auaritia dixit cũ magdalene effunderet vnguentũ precioſũ ĩ caput dñi. Ad q̄d perditio hec? Poterat enim venundari multo ⁊ dariꝰ pauperibus: dãnauit id eſt culpauit ⁊ reprehendit nardũ fuſũ. ſ. in caput dñicum: cenſens. i. iudicans: opus immortalis honoris. i. vnde magdalene eternꝰ honor debebatur: eſſe ſup. iacturã: id eſt perditionem. Et nos inuertimus. i. peruerſe etiã iudicamus virtutes ipſas: qꝛ dicimus eas eſſe vitia. Atqꝫ cupimus incruſtare. i. tectorio palliare vas ſyncerum. i. purum ⁊ ſolidũ: hoc ẽ operi bono addimus ſignum praui: ſi quis probus vir viuit nobiſcum eſt ſup. hõ multum demiſſus. i. abiectus: ⁊ damus illi pingui. i. qui pinguis eſt tardo cognomen. i. vocamus tardum qui pinguis dãtes aĩo vitio quod corporis ẽ. et ſi hic fugit oẽs inſidias ⁊ nulli. i. nõ vlli: non obdit. i. nõ opponit vlli malo latus apertum. i. neminem pulſat: immo quẽlibet nociuum deuitat cum verſetur inter hoc genus. ſ. hoĩm: vbi. i. in quibꝰ acris inuidia ſup. eſt: ⁊ vbi crimina vigent: nos vocamus eũ fictum. i. ſimulatorẽ ⁊ aſtutũ: ꝓ bene. id ẽ multum ſano ac non incauto. i. vbi deberemus eum vocare ſanum ⁊ ꝓuidũ. Sicut friſones. dace ⁊ vicini nolẽtẽ ſecum inebriari vt proditorẽ ⁊ ſuorum ſecretorum rimatorẽ expellunt ſymbolo.



Potorum nimios nuper damnauímus hauſtus
Et manduconū riſimus ingluuiem.
Nunc lubet obſcœnos ipſorum carpere mores
Infames riſus: verbaq; turpiſona
Hic ſpuit & mingit: vomit: ingerit: egerit vna:
Ille canit nugas: ille pudenda refert.

¶ Potor. ꝛc. Scribit in obſcenitatē comeſſantiuz ꝛ cōpotātiū qui neq; in verbis neq; in factis menſurā aut pudorē ſeruāt vt in ſequenti lati⁹ dicam Dixim⁹ aūt prius in eos q̄ imoderate ſumūt cibos aut potus: nunc in turpia facinora ꝛ ſcurrilia verba que ſequunt̄ inuehimur: ſobrie quidā pro quo rūdā obſcenitate: quos nō pudet ea palā facere ꝛ dicere q̄ aliū puderet recenſere. Nam porci interdum moderatiores ſumunt cibū ac pecuini illi homines de quib⁹ ſcriptum eſt. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: ꝛ in retributionem ꝛ in ſcandalum ꝛc.

EHeu q̄ fedo celebrat cōuiuia luxu
Dedita turba gule? q̄d ei ven⁹ ebria curat.
Inguinis et capitis que ſint diſcrimina neſcit:
Grandia que medijs iā noctib⁹ oſtrea mordet
Cū perfuſa mero ſpumāt vnguēta falerno.
Cū bibitur concha: cū iā vertigine tectū
Ambulat: et geminis exurgit menſa lucernis:
Hic nullus verbis pudor: aut reuerentia menſe.
Hic eructat onus ſtomachi: vel pocula frangit
Uel ſpuit in menſas: vitrio bibit ille priapo.
Ille volens lepidus nimiūq̄ facetus haberi
Fabellas recitat graue olēti fornice dignas.
Nullus agit grates ſuperis: quos quiſq̄ laceſſit.

EHeu ⁊c. Scribit in obſcenos luxuētiū mores ⁊ vba turpiſſima. Plurima autē ps ſupra ē ex Iuuenale ſaty. vi. ⁊ ij. Vn̄ ⁊ pſal. lxviij. Fiat mēſa eorū corā ipſis in laqueū: ⁊ in retributionē et in ſcādalū. Ordo ē. Eheu vel heuheu q̄ vox multū dolētis ē: q̄ i. q̄tū. q. d. o q̄tū fedo luxu. i. ſupfluitate celebrat turba (q: plurimi ſunt) dedita gule: cōuiuia ſup. ſua: q̄ poti⁹ comeſſatiōes dicerent. Eni p q: vt inquit Iuuenalis ſaty. vi. quid curat venus. i. mulier luxurioſa: ebria. i. vino capta q. d. nihil. q: neſcit q̄ ſint diſcrimina. i. differētie inguinis. i. pudibūdi mēbri et capitis: q: nō maiorē exhibet honorē ori quo īgurgitat: q̄ inguini q̄ egerit. Cauſā dicāt alij. Que. ſ. ven⁹. i. mulier ebria: mordet. i. languide ob ſatietatē cōedit q: famelici degluriūt. oſtrea grādia: iā noctib⁹ medijs / q̄ḋ vitioſiſſimū eſt ſed ī catone quoq̄ dephēſū. Cū vnguēta pfuſa. i. p corp⁹ ſparſa aut poti⁹ in pocula: q: authore plinio: quidā etiā bibere ceperūt: ſpumāt falerno. ſ. vino optimo: ⁊ tn̄ mero. i. nō diluto ſed puro. Cū bibit. ſ. ab eis: concha. ſ. oſtreorū grādiū aut vaſe āplo: ſicut cornu potāt ed equales hauſt⁹ friſones atq̄ vtinā ſoli. cū tectū ābulat. i. videt ebrijs ābulare: ⁊ mēſa exurgit i. videt exurgere lucernis geminis. ſ. apparētib⁹: q: furioſi ⁊ ebrij res ſingulas vidēt binas. Hic. i. hoc tpe ⁊ loco: vt dicit idē ſaty. ij. null⁹ pudor ē vbis aut reuerētia mēſe. Hic. i. vn⁹ ex illis eructat on⁹ ſtomachi. i. q̄ḋ pl⁹ iuſto potauit aut manducauit: vel frāgit pocula: aut ſpuit ⁊ emūgit ī mēſas. Iſte. i. ali⁹ libidini dedit⁹: bibit priapo. i. figmēto mētule: vitrio. i. vitreo vaſe hñte figurā mēbri virilis. Ille. i. ali⁹ volēs hēri lepid⁹ ⁊ nimiū facet⁹: recitat fabellas dignas fornice. i. lupanari: olenti: graue. i. grauit. Null⁹ agit grates. i. grās ſupis. i. deoꝝ ſactis ſuis: quos q̄ſq̄ laceſſit. i. puocat ad irā.




Iam ne igitur laudas ꝗ de ſapientibus alter
Ridebat:quotiens a limine mouerat vnū
Protuleratq; pedē. flebat cōtrarius alter.
Sed facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni
Mirandū eſt vnde ille oculis ſuffecerit humor.

¶ Verba ſunt Iuuenalis ſatyra .ix. Quibꝰ carpit īſanias mūdanas quas videns democritꝰ aſſidue ridebat: vtpote ſtultos hoim conatꝰ afferēs nemīnē eſſe ī ꝓpria pſona: ſed laruatū. i. falſā īduiſſe pſonā ⁊ nullū officio ſatiſfacere qḋ ridiculū duxit. nec ꝙ vt ex epiſtola hipocratis pꝫ bona ⁊ mala hominū riſit. ſed hominē ipſū ignorantie et ſtultitie plenū. Alter ſcilicet heraclides vt plurimi volunt et quē ſeneca multū fleuiſſe atteſtatur videns nihil decenter fieri continue cōdolens fleuit.

Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritꝰ cernēs fieri nihil ordine certo
Nilq; ex officio. perſoniſq; vndiq; falſis
Laruiſq; occurrens: ob quēuis riſit ⁊ inquit
Nil tibi cōceſſit ratio: digitum exere: peccas.
Ecquid tam paruum ē: ſed nullo thure litabis
Hereat in ſtultis breuis vt ſemūcia recti.
Hec miſcere nefas: fleuit contrarius alter
Conſpectans hominē labi ſic: inq; maligno
Eſſe fere poſitum ſub multo crimie mundum.
Pone igitur laruas ne ſemper rideat ille:
Pone et peccatum ne ſemper lachrymet alter.

Perpetuo riſu. Declarat ſupiori textus affertur q; cauſa riſus democriti qui perpetuo riſit ꝗ vt dixit videret mūd ſi plenum laruis ⁊ fictis perſonis cū nemo fūgeretur decēter ſuo officio q; ſtultis vt docet perſius ſatyra. v. nihil cōcedit recte facere Affertur etiam cā fletus heraclidis ſiue alterius qui fleuit ꝗ videret totū mundum in maligno poſitū: atq; oēs hoīes peccare. quocirca conſulo ne moueamus democritū ad riſum vt exuamus laruā ſeu perſonā ſtultitie: et ne heraclidem ad fletum deponamus furorem malitie. Ordo autē ē. Democritus (vt inquit Iuuenalis dicta ſaty. x.) ſolebat agitare pulmonē et ſplenem ſuum perpetuo riſu cernens nihil fieri ordine. ſ. decenti ⁊ a deo ac natura inſtituto: ⁊ nil fieri ſup. ex officio. i. debito. et ipſe occurrens vndiq; perſonis falſis. i. ſimulatis ⁊ fictis: ⁊ laruis que eedem ſunt: riſit ob quemtis. ſ. occurrentiū ⁊ inquit (quod ex perſio ſumpſi) o ſtulte ſup. ratiōe nihil cōceſſit tibi. ſ. recte facere: exere. i. extrahe ex ore digitū: quē fatui ⁊ ſtulti fere in ore habent: ⁊ cum hoc feciſſet ſtultus ait: peccas. i. id facis inepte. Et ſtultus Ecquit inquit tam paruum ſup. eſt vt digitū exerere. et democritꝰ q. d. fateor quidē: id eſſe minimū: ſ; nullo thure litabis. i. nullo ſacrificio obtinebis. vt breuis. i. modica ſemūcia. i. dimidiū vncie que duodecima pars eſt aſſis: recti: ſc; operis hereat. i. firmiter ſit i ſtultis nephas ē miſcere hec recte agere et ſtultum eſſe. Alter: ſc; heraclides contrarius. id eſt a contrario fleuit: conſpectans. id eſt frequenter aſpiciens hominem labi: ſic id eſt taliter: ⁊ mundum eſſe fere poſitum in maligno ſub multo crimine. Igitur ne ille: ſcilicet democritus rideat ſemper: pone: id eſt depone laruas: id eſt perſonas ſtultitie: ⁊ ne alter: ſcilicet heraclides lachrymet: id eſt fleat ſemper. (Dicitur etiam lachrymor verbum deponentale) pone. id eſt depone ⁊ i. etiam peccatum. ſ. tuum.



Trudit in obſcurum ſaccum graſſator iniquus
Innocuum iuſtumq; virum: ſed liberat illum
Tandem conſcindens ſaccum moderator olympi.
Ne paueas igitur ſubito terrore malorum
Nam dominus lateri iuſti coniunctus eundem
Seruat: perpetua ne ploret compede vinctus.

¶ Scribit in oppreſſores iuſtoꝝ q̃ nimirū inſaniſſimi ſūt: nā iuſtoꝝ lachry me cōuertunt in gaudiū: ſpes aūt impioꝝ peribit. vñ pſal. xxix. Conuertiſti planctū meū in gaudiū mihi: cōſcidiſti ſaccū meū ꝛ circundediſti me letitia Et puer. iij. Ne paueas repentino terrore irruentes tibi potētias impiorum Dñs enī erit in latere tuo ꝛ cuſtodiet pedē tuū ne capiaris. Et pſal. ix. Quō non in finē obliuio erit pauperis: patientia pauperum nō peribit. Que oīa pertinent ad conſolationem iuſti: ſequentia erunt in terrorem impij.

Audite electi chriſti et ſpes diſcite veſtras
Uerbera ſi fertis ſeuo feriente tyranno
Opprobrio lingue ſi vos ferit impius author
Si ſpoliat raptor: ſi fallit callidus emptor
Uenditor aut fallax: ſi legum interpres iniquus
Si iudex falſus: ſi mendax teſtis: ⁊ hoſtis
Improbus expilat: q̄ vos ſciat eſſe fideles
Chriſti diſcipulos: imbelles: pacis amicos:
Atq̄ ea pro chriſti ſuffertis nomine leti:
Gaudentes ſimul exultantes viuite leti:
Magna eſt in celis mercedis copia vobis.
Et manet acre malum ſine fine laborq̄ tyrānos.

Audite electi. Argumētū ſumptū eſt ex varijs locis ſacre ſcripture: ⁊ p̄cipue ex illo mathei. v. Beati eſtis cū maledixerint vobis hoīes: ⁊ pſecuti vos fuerint: ⁊ dixerit oē malū aduerſū vos: mētientes ꝓpter me. Gaudete ⁊ exultate qm̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Sic eni pſecuti ſunt ꝓphetas qui fuerūt ante vos ⁊c. Nullū aūt eſt euidētius ſignū future beatitudinis q̄ vis pſecutionis: qr deus flagellat oēm filiū quē recipit. Et vt hyeronimus ait. Nemo de delitijs tranſit ad delitias: vt hic ventrē ⁊ illic mentē impleat. Neceſſe aūt eſt oēs qui pie in chriſto volūt viuere perſecutionē pati. Et id genus alijs. Ordo aūt eſt. O electi chriſti (maro ſic Audite o proceres ait ⁊ ſpes diſcite veſtras) audite ⁊ diſcite veſtras ſpes. Si fertis. i. ſuffertis ⁊ patimini: verbera. i. flagella: ⁊ hoc tyranno ſeuo. i. violento ⁊ non iuſto iudice: feriente. i. percutiente: ſaltem per alium. Si author. i. aſſertor ⁊ calūniator impius: ferit vos opprobrio lingue. i. contumelijs: ſi raptor. ſ. violentus ſpoliat vos: ſi emptor callidus aut venditor fallax: fallit vos: plures aūt fallunt vendēdo q̄ emēdo: illi tamen emendo fallūt: qui ab ignorantibus p̄cium rerum: aut a coactis vendere longe minoris emunt q̄ valeant. Si interpres legū iniquus: ſi iudex falſus: ſi teſtis mendax: ſi hoſtis improbus. i. cōtra ius oppugnās expilat. i. ſpoliat vos q̄ ſciat vos eſſe fideles diſcipulos. i. imitatores chriſti. i. conſiliorum et vite eius imbelles et amicos pacis: atq̄ ſuffertis ea. ſ. mala pro nomine chriſti: leti. i. voluntarij viuite gaudentes ⁊ ſimul exultātes in tribulationibus veſtris. Namq̄ magna copia mercedis ē vobis in celis et acre malum: quia mors eterna et labor ſine fine: manet. i. incuriabiliter expectat tyrannos. i. violentos perſecutores ⁊ iniuſtos rerum occupatores: etiam ſi adorĳantur inſidijs: ne vi graſſentur. Compoſitio tota facilis et plebeia eſt.



Voluptas

Blanda curarum domitrix libido:
Riſus applauſus:iocus:immodeſtus
Luſus:aſpectus petulans.vagantis
Suauia linguę.
Lineę quintę venus et cupido
Cum roſis vernis ſpecies odorum
Plectra cum mimis.mea ſunt ſed illa
Atropos occat.

Virtus

Cura.paupertas.labor.abſtinenſq;
Vita iocundis:licitiſq; ſepe.
Corporis rectrix:animiq; cultrix
Aſpera veſtis.
Carduus ſpinis iter hoc moleſtis
Obſidens inter ſcopulos acutos
Sunt mei regni ſimul et beatę
Ianua vitę.

¶ Blanda curarũ ꝛc. Verba ſunt voluptatis q̃ quõ herculi apparuiſſe dicit in ſequẽti dicã. Suauia ſunt baſia laſciua:vernis verni tp̃is:mimis.i.artẽ ludricã exercẽtib⁹ Atropos par
cevitam abrumpens. ¶ Cura ꝛc. Verba ſunt virtutis agriſſima. Carduus cũ tribulus.

Talia cum virtus reticere libidini fata eſt:
Verſanti alcide tacito ſub coꝛde/ viarum
Utram ſectetur nũ/quam peritura voluptas
Monſtret in exitium per inania gaudia vite:
An quam ardens virtus ad ſumma palatia celi:
Dicitur his verbis dãnaſſe libidinis auſum.
Tu ne ſceleſta iubes placidis imbuta venenis
Dulcia ſectari multum adducentia luctus?
Ergo ne pꝛo fragili: perdam celeſtia(que non
Sunt peritura)bono? perſuade talia ſtultis
Nam volo virtutem ſectari: eiuſq; coꝛonam.
Pꝛeſtat enim modico celum ſudoꝛe mereri:
Q̃ vel pꝛolixo dulcoꝛe in tartara trudi.

Talia ꝛc. Argumẽtũ ſumptũ eſt ex xenophõte ꝓdico ꝛ Baſilio magno: tres em̃ recitãt ipm̃. Prodici meminit primo officiorũ cicero. Baſilius aũt ſcribit q̃ hercules cũ adoleſcẽturiret diu ſecũ multũq; dubitauit vtrã viã ingrederet: duas ei videbat: vnã voluptatis alterã virtutis: inter ambigendũ aũt duas ad illũ acceſſiſſe matronas: vtpote virtutẽ ꝛ nequiciã: quarũ q̃ poſterioꝛ dicta ẽ: ſpor natiſſima erat ꝛ oĩm voluptatũ examẽ poſt ſe trahebat oĩaq; oſtẽtabat: ac multo etiã plura pollicebat: vt ad ſe herculẽ alliceret: Altera vero que virtus eſt: aſpera ꝛ dura ſeuereq; intuens talia ecõtrario dixit polliceri ſe nec voluptatẽ aliquã nec quietẽ: ſed laboꝛes: pericula ſudoꝛeſq; infinitos terra mariq; tolerandos. Premiũ aũt illorũ fore deũ .i. immortalẽ fieri. Hãc itaq; hercules ſecutus fuiſſe dicit: magna verborũ grauitate: libidinẽ: voluptatẽ ſeu nequitiã deteſtat⁹. Vñ eſt illud iuuenalis ſaty. ij. Sed peiores q̃ talia verbis Herculis inuadũt: ꝛ de virtute locuti Clunẽ agitãt. Verba herculis q̃ ex tpe effinxim⁹ hec ſunt: Tu ne ſceleſta ꝛc. Ordo aũ eſt. Cũ .i. poſtq̃ virt⁹ ẽ fata talia hu alia ꝓmiſim⁹: ꝛ hoc libidine ꝯticẽte: q: alterne loqbãtur fata inquã ẽ alcide .i. herculi alcei nepoti ſaltem putatiuo aut virtutis amatori verſanti ſub tacito coꝛde .i. tacite cogitãti vtrã viaꝝ ſectet: nũ .i. nunqd ſectet viã quã voluptas ꝑitura mõſtret in exitiũ .i. in mortẽ: ꝑ inania gaudia vite. ſcʒ hui⁹ mũdi: an quã ardẽs virt⁹ ſup. mõſtret ad ſũma palatia celi Ipſe dr̃ dãnaſſe auſũ libidis his verbis. Tu ne o ſceleſta: ĩbuta placidis venenis .i. ꝯb⁹ dulcib⁹ q̃ vt venena cito necãt: iubes ſectari dulcia adducẽtia multũ luct⁹? Ergo ne ſup. iubes vt ꝑdã celeſtia ſu. bona q̃ nõ ſũt ꝑitura ꝓ bono fragili: ꝑſua de talia ſtultis. Nã volo ſectari virtutẽ ꝛ eius coronã .i. mercedẽ imarceſſibilis gloꝛie: Enĩ ꝓ q: preſtat .i. meli⁹ eſt mereri celũ ſudore modico: quia nõ ſunt cõdigne paſſiones hui⁹ ſeculi ad futuram gloꝛiam. q̃ trudi in tartara: dulcoꝛe: vel .i. etiã prolyxo: qualis hic nullus eſt.



Dum me cura tenet ſublimia forte petendi:
Et vigil expecto det mihi digna labor:
Deſtituit fortuna pedem/nixumq; fefellit:
Nec potuit lapſus pes rerinere gradum:
Et qui prenſuſerat non paruo robore ramus:
Pręcipitem effractus rettulit ecce ſolo.
Cura/fides/probitas(fueris niſi prædirus aſtu
Ec vafro ingenio)parui putata iacent.

¶ Scribitur in fatuū mundanū.i.nimis mūdo cōfidētē: Et eſt carmē domini Robarri Saguini fe.re.ordinis ſancte trinitatis generalis. In cuius fine quod dicit Cura fides ꝛc. intelligendū eſt. quantū ad huius mūdi qui fallax eſt premia. Cetera patent.




IMpia multiiugi deducunt gaudia ſtulti
Gaudentes ſociis multis: numeroq; labãtum
Non minus arſuri q̃ ſi tantũ ardeat vnus.
Sed iam vela legam: ſi cuius mentio nuſq̃ eſt
Se dolet excludi: properet: ſupeſt locus illi.

IMpia ⁊c. Scribitur in ſtultos ſe ſua multitudine defenſantes.
Nã interdũ m̃ltitudini ꝯcendũ eſt. Verũ qḋ Auguſtin⁹ ait ⁊ in
decretis habet̃. nõ min⁹ ardebũt q̃ cũ multis ardebũt: q: quãto
ꝯbuſtibile copioſius: tãto ẽ calor vehemẽtior. Nec m̃ltitudo errã
tiũ veniã meret̃: q: ſicut bonũ quãto ꝯmuni⁹ tãto ẽ meli⁹: ita malũ tãto pe-
ius. Nec zodoma ⁊ gomoorra piſſent ſi pluſculos ĩnoxios habuiſſent. At
vero ſtultoꝝ ĩfinit⁹ ẽ nũer⁹ ⁊ ĩfinite ſpecies ne q̃s ſe ꝑtermiſſum q̃rat̃: tãdẽ ĩ
ſtruxim⁹ hoc cõmune r̃ceptaculũ: Sed receptui canẽdũ ẽ: nauita vrget.

¶ Finis huius opis. Sequitur index.

De inutilitate librorũ. Titulus .i.
De iniquis iudicibus .ij.
De auarorum veſania .iij
De effeminatiõe ꝑ veſtes iiij
De antiquis fatuis v
De ſtulta in pueros indulgentia. vj
De procuratoribus rixarum vij.
De boni cõſilij cõtemptoribus viij.
De corruptis diuitibus ix.
De amicoꝝ offenſorib⁹ iſolẽtib⁹ x.
De ſcripture ſacre irriſoribus xj
De improuidis emptoribus xij.
De ſtultorũ amatorũ iugo xiij.
De peccãtibus ſup mia dei xiiij.
De improuide incipiẽtibus xv.
De guloſis xvj
De diuitiarũ ſollicitudine xvij.
De duob⁹ i ſe cõtrarijs ꝟuiẽtib⁹ xviij.
De linguarũ garrulitate xix.
De inuenta non reddentibus xx.
De bñ docẽtib⁹ et male viuẽtib⁹ xxj.
De ſapiẽtie p̄ceptis audiẽdis xxij.
De fortune cõfidentibus xxiij.
De inutilibus curis vitandis xxiiij.
De mutuo accipiẽtib⁹ ob dilatõnẽ xxv.
De ſtultis votis et precib⁹ xxvj.
De inutilibus ſtudijs xxvij.
De temere fcã dei arguẽtib⁹ xxviij.
De alios perperã iudicãtib⁹ xxix.
De p̄lalitate eccłiaſticorũ onerũ xxx.
De ꝓcraſtinãtib⁹ et pẽdinãtib⁹ xxxj.
De ſtulta vxorũ obſuatiõe xxxij.
De lenocinij ſtultitia xxxiij.
De ſtultitia ſtultorũ gaudio xxxiiij.
De impatientib⁹ egris xxxv.
De viris nimis cito iraſcẽtib⁹ xxxvj.
De fortune mutabilitate xxxvij.
De apertis inſidijs xxxviij.
De aliena picula nõ attẽdẽtib⁹ xxxix.
De detractionũ meticuloſis xl.
De abſtrahentibus a bono xlj.
De viã felicitatis ptẽnẽtib⁹ xlij.
De ſtultis rerũ eſtimatoribus xliij.
De mãifeſta picula nõ vitãtib⁹ xliiij.
De rei diuine obturbatorib⁹ xlv.
De mal' exẽplis puero nõ dãdis xlvj.
De fallacijs muliebribus xlvij.
De ſecreta ſua reuelantibus xlviij.
De ob diuitias vetulã ducẽtib⁹ xlix.
De malo inuidie ex vergilio .l.
De nolentibus corrigi lj.
De ſtultis p̄ſciẽtie dei cẽſorib⁹ lij.
De choreaꝝ et ſaltationũ malis liij.
De periculis nocturnis ſtultorũ liiij.
De ſuis neglectis aliena curãtib⁹ lv.
De ingratorum turpitudine lvj.
De ꝓprie ſapiẽtie inītẽtibus lvij.
De breuitate potẽtatuum lviij.
De improbe mendicãtibus lix.
De potẽtia ſtultitie lx.
De iperitorũ medicorũ temeritate lxj.
De ira muliebri lxij.
De nolẽtib⁹ itelligere iocũ lxiij.
De geometrarũ curioſitate lxiiij.
De ſtultis aſtrologis lxv.
De obſtinatis ſtultis lvj.
De ledẽtibus pacificos lvij
De pigris et deſidioſis lxviij.
De litigioſis et cõtẽtioſis lxix.
De turpiloquis fatuis lxx.
De clericis ineptis lxxj.
De ſe iactantibus lxxij.
De ſtultis ludo intentis lxxiij.
De ſpõtaneis ſtultorũ p̄ſſuris lxxiiij.
De iniq̄s militib⁹ et ſcribis lxxv.
De ſtultis ⁊ īfidis ꝑmis ⁊ cocis lxxvj.
De ruſticorũ ambitione lxxvij.
De paupertatis contemptu lxxviij.
De nõ pſeuerãtib⁹ i bono ope lxxix.
De mortis neglectu lxxx.
De nſcio prudẽti et iprudenti lxxxj.
De cõtemptore dei lxxxij.
De blaſphemãtibus iurando lxxxiij.
De flagella dei ſtupentibus lxxxiiij.
De ſtultis ꝑmutatoribus lxxxv.
De parẽtũ idulgẽtia i liberos lxxxvj.
De garrulitate chori lxxxvij.
De ſingularitate i ꝓbãda lxxxviij.
De ſupbia p̄cipue muliebri lxxxix.
De vſurarijs ⁊ feneratoribus xc.
De optãtib⁹ morte alterius xcj.
De nõ ꝟuãtib⁹ dies feſtos xcij.
De ijs q̄ cũ triſtitia largiuntur xciij.
De ſegni ocio torpẽtibus xciiij.

Capitu ...


| | |
|---|---|
| De extraneis et īfidelib⁹ ſtultis | xcv. |
| De reip. chriſtiane interitu | xcvj. |
| De ſapientie monitis | xcvij. |
| De aſſentatione | xcviij. |
| De facile credentibus | xcix. |
| De nauigantium temeritate | C. |
| De nō tacēda tacentibus | Cj. |
| De antichriſti precurſoribus | Cij. |
| De falſarijs rerū chalchimiſtis | Ciij. |
| De malignis q̄ a bono retrahūt | Ciiij. |
| De bonorū opū negligentia | Cv. |
| De felicitatis via neglecta | Cvj. |
| De obloquētib⁹ bñ opanti | Cvij. |
| De guloſorū obſcenitate | Cviij. |
| De ſtultitia mundi | Cix. |
| Di pſequētibus bonos | Cx |
| De voluptatis cū ꝟtute cōtētiōe | Cxi. |
| De fatuo mundano | Cxij. |
| De ſocietate fatuorum | Cxiij. |


Finis tabule.

## Jodoci Badij Aſcenſij in operis huius compoſitionem ac finē Epigrāma extemporaneum.

Remigio fragili pelagus dum metior ingens
Auriculas vellens inquit apollo meus:
Collige vela Badi: ſat erat tibi ſenſa poetę
Noſſe: nec in tumidos carbaſa ferre ſinus:
Pergere ſi mauis/tibi ne conſortia deſint.
Stultiferam in claſſem fac comes inſilias.
Dixit: et aſpiciens inſtare pericula noui
Et laſſo ad portum remige flecto viam.
At quiſquis ridet faciles humileſqꝫ camęnas
Ferto magis cultas aut tolerato meas.

Hęc habui lector. candide in ſtultiferā nauē properāti calore afferenda. q̄ ſi minus demorſos ſapiunt vngues: noris curandū ſtulto cui fatua duntaxat ſapiunt eſſe decocta. Vale.

Ex officina noſtra in Parrhſiorū academia nobiliſſima Vi. Idus Maias Anno ſalutis. M. D. VII.

f







